AESCHYLI

QUAE SUPERSUNT

TRAGOEDIAE.



VOL. II. SECT. I.

SEPTEM CONTRA THEBAS.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.



GISSAE.

IMPENSAS FECIT J. RICKER.

MDCCCLXII.

AESCHYLI

SEPTEM CONTRA THEBAS.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.

GISSAE.
IMPENSAS FECIT J. RICKER.
MDCCCLXII.

Praefatio.

De trilogia, cujus pars fuisset 'Septem', multum olim inter viros doctos certatum est, litem composuit reperta didascalia, ex qua Laium, Oedipum, Septem contra Thebas cum Sphinge satyrica Olympiadis LXXVIII anno primo ab Aeschylo scenae commissas esse constat. Sed fabula superstes quum inde ab Aristophane et Platone per totam antiquitatem summis laudibus celebretur plurimique ex ea loci afferantur, exilis est memoria fabularum deperditarum, quibus Sophocleae Oedipi splendor offecisse videtur. Itaque singula quaeque quo modo in illis fabulis adornata fuerint, in conjectura positum est incerta; hoc tamen in universum affirmari potest, ab Aeschylo vel primo, vel post alios rerum Thebanarum formam tragicam expressam esse, nunc fere solam cognitam, sed diversam ab ea forma quae veteribus carminibus epicis, Thebaide, Epigonis, Oedipodea, expressa erat atque in Iliade et Odyssea significatur. De illis

carminibus Welcker in libro de Cyclo epico egregie, ut solet, disputavit. Hic capita rerum notasse sufficiet.

Laii filius, invito oraculo genitus et infans a parentibus expositus, fatalem sortem implet : inscius patrem interficit, matrem in matrimonium ducit, regnumque avitum quasi peregrinus adipiscitur. Sed scelera mox patefiunt, et Epicasta mater eademque uxor mortem sibi consciscit, Oedipus aliam uxorem ducit Euryganeam, Hyperphantis filiam, ex qua Eteoclem et Polynicem, Antigonam et Ismenam tollit.[1]) Vulgo statuunt, cognito parricidio et incestu Oedipum etiam apud epicos oculorum lumine se privasse. Quod mihi secus videtur. Nam hominem caecum non solum uxorem ducere, sed etiam populi bellicosi regnum obtinere ab heroicae aetatis moribus nimium quantum abhorret; neque veri simile est, eum qui tantum sui horrorem concepisset, ut oculos sibi erueret, regnum retinere voluisse. Neque vero nobilis illa caeci Oedipi persona pro commento novicio haberi potest. Post multos annos matris Furiae senem affligunt : oculis captus a filiis imperio privatur et contumeliis afficitur. Inde juvenum execratio, jurgia, caedes mutua, bella atrocia, quae amplam epicis carminibus materiam praebuerunt.

In hac narratione Labdacidarum gentem vides multis quidem malis obrutam, sceleribus inquinatam,

---

[1]) Pausanias IX, 5, 5. Hom. Od. XI, 271 sqq.

nec tamen hanc scelerum malorunque seriem tam arcto vinculo colligatam, ut alia ex aliis fatali necessitate progignantur. Nam Oedipi infortunia quum ex ejus natalibus pendeant, Oedipi filii, legitimis nuptiis nati, propter ipsorum in patrem impietatem potius quam ob stirpem nefandam misere pereunt. Apud tragicos autem Iocasta cum filio, quem dis invitis conceperat, per incestum mixta infaustam prolem edit immani scelere interituram. Haec Aeschylus tribus fabulis ita persecutus est, ut suo more omnia ad princeps delictum, *πρώταρχον ἄτην*, referret, avumque et filium et nepotes tam arcta fatorum factorumque communione conjunxit, ut gentis quasi persona existeret per totam trilogiam pertinens. Quod luculenter demonstrant fabulae nostrae versus 731—745, quorum haec fere sententia est : *Veteris delicti poena in tertiam aetatem durat. Invito enim Laius Apolline tribusque apud Delphos editis oraculis sine prole illum morientem urbem servaturum esse, inconsulta victus libidine genuit suam ipsius pestem, parricidam Oedipum, qui seminato augusto matris arvo, ubi ipse nutritus erat, stirpem sanguinolentam produxit. Dementia consociabat sponsos vesanos.*

Sed in hoc loco quaeritur, num illius oraculi rationem Aeschylus reddiderit. Erant enim qui narrarent, Laium ob nefandos amores, cujus primus exemplum edidisset, Junonis pronubae odium incurrisse. Nam Pelopis hospitio exceptus, quum hujus filium Chrysippum deperiret, puerum adamatum rapuisse ferebatur.

Quo facto patrem deos orasse, ut Laio aut prolem negarent aut filii manu mortem pararent. Haec Euripides et in Phoenissis v. 24. 1627 significavit et tragoedia hodie deperdita Chrysippo fuse persecutus est. Ante Euripidem Praxilla Sicyonia[2]) attigisse videtur hanc narrationem, quae ad quem auctorem referenda sit ignoramus. Hariolari si licet, nescio an primum exposita fuerit in epico carmine antiquo, quod inscribebatur *τὰ Κύπρια.* Ibi enim, ut ex Procli argumento cognoscitur, Nestor Menelao, uxoris raptorem ulturo, Epopei ob vitiatam Antiopam urbem expugnatam et Oedipi res (*τὰ περὶ Οιδίπουν*) et alia quaedam narrabat. Quae quum ad consolandum Menelaum accommodata videantur, haud absurde conjicias Nestorem in carmine illo Labdacidarum mala a rapto Chrysippo repetivisse. Idem facere potuisse Aeschylum non praefracte negaverim; sed tamen nullum rei indicium extat, tantaque erat oraculi Delphici reverentia, ut ejus auctoritas temere a

---

[2]) Ne hoc quidem satis certum est. Nam apud rei auctorem Athenaeum XIII, p. 603 A. legitur: *ἄλλοι δέ φασι τῶν τοιούτων ἐρώτων κατάρξασθαι Λάϊον, ξενωθέντα παρὰ Πέλοπι καὶ ἐρασθέντα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Χρυσίππου, ὅν καὶ ἁρπάσαντα καὶ ἀναθέμενον εἰς ἅρμα εἰς Θήβας φυγεῖν. Πράξιλλα δὲ ἡ Σικυωνία ὑπὸ Διός φησιν ἁρπασθῆναι τὸν Χρύσιππον.* Pro *ὑπὸ Διός* Valckenaer conjecit *ὑπ' Οἰδίποδος*, coll. schol. Eur. Phoen. 66: *τινὲς δέ φασιν ὅτι Λάϊος ἀνῃρέθη ὑπὸ Οἰδίποδος, ὅτι ἀμφότεροι ἤρων Χρυσίππου.*

Laio contempta satis justa tot calamitatum causa haberetur: *βουλαὶ δ' ἀπίθανοι Λαΐου διήρκεσαν.*[3])

Haec mala tribus illis oraculis praedicta esse videntur, quamquam versibus supra allatis virginum Thebanarum chorus, ut qui totus sit in urbis periculo, ea tantum memorat quae ad civitatis salutem spectant. Sed consentaneum est, Apollinem non solum Thebarum eversione, quae extra hujus trilogiae fines posita est, sed etiam domesticis malis, quibus harum fabularum argumentum continetur, filii parricidio nepotumque discordia, Laium a liberis procreandis deterruisse, et quum ter ab illo consuleretur, primum unum horum malorum minatum esse, tum alterum, deinde tertium addidisse.[4])

Jam vero primae fabulae, *Laii*, argumentum quale fuerit in universum vix dubitari potest. Nam quum Laius filium infantem exposuerit et ab eodem adulto interfectus sit, illud ut ante actum commemorandum, hoc ipsa fabula agendum erat. Ad illud spectat verbum χυτρίζειν, i. e. infantem in olla exponere, et fragmentum

---

[3]) Sic statuit Welcker, *Kleine Schriften zur griechischen Litteratur*, IV, p. 143, cum Schneidewino et L. Schmidtio, Zeitschrift für die Alterthumsw. 1856, p. 389. Aeschylum a Chrysippi amore culpam Laii repetiisse putant Nitzsch, *Sagenpoesie* p. 508, Hermann ad Septem v. 817, Kruse, *de Aeschyli Oedipodea* p. 27.

[4]) V. Welcker, *Der epische Cyclus* II, p. 316. Kruse, *l. l.* p. 30.

κεκμῆτι μαλκιῶν ποδί.[5])

Hoc tangitur iis versibus qui leguntur in scholio ad Soph. Oed. R. 733 : *Περὶ Δαυλίδα φησὶ τὴν σχιστὴν ὁδόν· ὁ δὲ Αἰσχύλος περὶ Ποτνίας οὕτως·*

Ἐπῆμεν τῆς ὁδοῦ τροχήλατον
σχιστῆς κελεύθου τρίοδον, ἔνθα συμβολὰς
τριῶν κελεύθων Ποτνιάδων ἠμείβομεν.

Injuriam docto grammatico fecerunt Spanhemius et Hermannus, qui verebantur ne haec ex Glauco Potniensi petita essent; recte Laio aut Oedipo adscripserunt interpretes plerique. Attamen trilogiae argumento incerta tantum et obscura lux hoc fragmento affunditur. Potniis colebantur Ceres et Proserpina [6]) ipsumque Potniarum nomen (*Πότνιαι*) deas inferas referebat, ut hac quidem ex parte locus fatali parricidio aptissimus esset. Sed quo iturus erat Laius, ut filio hoc potissimum in loco occurreret? Neque enim

---

[5]) Schol. Ven. Arist. Vesp. 289 : *ἐγχυτριεῖς· ἀπὸ τῶν ἐκτιθεμένων παιδίων ἐν χύτραις. διὸ καὶ Σοφοκλῆς ἀποκτεῖναι* (l. *τὸ ἐκτιθέναι*?) *χυτρίζειν ἔλεγεν ἐν Πριάμῳ καὶ Αἰσχύλος λάξῳ* (l. *Λαΐῳ*). — Harpocr. p. 123, 12 : *μαλακίζομεν* (*μαλκίομεν* conj. Bekker)· *Δημοσθένης θ' Φιλιππικῶν φησὶ 'μένομεν καὶ μαλακιζόμεθα'. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλκίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὄρρον φρίττειν. Αἰσχύλος ἐλλαδίῳ* (l. *ἐν Λαΐῳ* Gronov.) *'κεκμῆτι μαλκίων ποδί'.* Nauck *μαλκιῶν.* Idem suspicatur *κεκμηῶτι.* Locum sic scriptum : *ἴλα, δίωκ' ἀκμῆτι μάλκιον ποδί* ad Philoctetam pertinuisse censebat Hermann. — Praeterea Hesychius *ἀράχνου, ἀπ' εὐθείας ὁ ἀράχνης. Αἰσχύλος Λαΐῳ.*

[6]) Pausanias IX, 8, 1.

inter Delphos Thebasque, ut Daulium illud trivium, Potniae sitae sunt, sed Plataeas Athenasve pergentibus Thebanis hac transeundem erat. Qui Aeschylum statuunt Chrysippi amores respexisse, Laium monente Tiresia Cithaeronem petiisse conjiciunt, ut *Ἥρας γαμοστόλου*, quae ibi colebatur, iram placaret [7]). Sed etiam alia suspicari licet, ut in tantis rerum tenebris equidem nihil affirmaverim. Interfecto Laio Oedipus Thebas venit et soluto Sphingis aenigmate urbis servator apud omnes clarus, semet proximosque ignorans, regnum et reginam dono accepit.

In tragoedia *Oedipo* praeceps a summo fastigio miserrimusque casus ita proponebatur, ut rerum mutatio vel potius cognitio celerius quam apud Sophoclem fieret minusque artificiose tractaretur. Hoc recte viri docti et ex universa Aeschyleae artis indole et ex fabula superstite collegerunt. Nam in hujus fabulae prologo argumentum ita exponitur, quasi belli causa et Polynicis cum Argivis societas spectatoribus nota sint : unde suspicio oritur, in praegressa tragoedia non solum Oedipi casum, sed etiam fratrum discordiam expositam fuisse. Extremas rerum lineas

---

[7]) Hanc conjecturam protulit Susemihl, *Jahrbücher für Philologie* 1855, I, p. 743, collatis iis quae schol. Eur. Phoen. 1760 ex Pseudo-Pisandro refert. Hic enim Laium narravit non obtemperasse Tiresiae jubenti ne Apollinis sibi infensi oraculum adiret, sed Junonem (*Ἥραν γαμοστόλον*), quae ob regis delictum Sphingem Thebis immisisset, sacrificiis placaret.

ex cantico supra laudato cognoscimus. Ibi enim (v. 766 sqq.) Oedipus dicitur, compertis infelicibus nuptiis, amens gemina mala perfecisse : parricida manu oculos sibi eruisse, liberisque imprecatus esse ut gladio patrimonium inter se partirentur. Itaque apud Aeschylum, statim patefacto fatorum arcano, et in se ipsum et in prolem infauste natam Oedipus animadvertit. Aliam interpretationem poëtae verba non recipere jure contendit Schneidewin [8]). Cui objecit Kruse, optime epicos rem ita instituisse, ut Eteocles et Polynices dis inferis non devoverentur ante quam impia in patrem commisissent. A qua narrationis forma cur Aeschylus recessisset, cur fabulam in pejus mutasset filios insontes diris paternis obruendo, causam inveniri non posse. Imo inter delictum, quo patri regnum eripiebant, et execrationem, ut regnum gladio partirentur, eum intercedere nexum, ut haec ab illo divelli nequiret. — Haec, quamvis speciose ad nostros sensus disputata sint, ab Aeschyli mente aberrare videntur, qui plures hominum aetates ob eam maxime causam una trilogia comprehendit, quia avorum delicta filios nepotesque vel immeritos luere credebat. Quaenam erat Oedipi culpa? Pater Apollinis oracula contempserat, filius invito deo genitus fatorum vi ineluctabili ad parricidium incestumque condemnatus erat.

---

[8]) Schneidewin, *Philologi* t. III, p. 348 sqq. ***Die Sage vom Oedipus***, Goettingen 1852.

Eadem vi Oedipi filii abripiuntur, quorum ea culpa est, quod ex Oedipo et Iocasta nati, quod a Laio orti sunt : inde Apollini ceterisque dis invisi, inde impii, inde discordes, inde atrocem durisque cum rebus conspirantem animum gerunt. Inde etiam digni quodammodo habentur quos diris pater devoveat, etsi nihil dum in patrem commiserunt. Neque hae dirae iis verbis conceptae sunt, quorum absque filiorum peccato ratio reddi nequeat. Nefarie nati interibunt nefarie, et patrimonium, quod ad *τέκνα ἄτεκνα* perventurum erat, interitus causa erit.

Vota non irrita futura esse statim patebat. Filios, arrepto imperio, senem miserum contumeliis afficiendo paterna imprecatione dignos se praebuisse puto [9]. Mox discordia inter ipsos orta, Eteocles fratrem natu minorem urbe expulisse, Polynices, cui jam tum Adrasti filiam desponsam fuisse suspicor, Argivorum auxilia armatumque in patriam reditum jactasse videtur [10].

Alia sunt quae in fabula superstite obiter verbo tanguntur, neque tamen in Oedipo facile exponi poterant. Versus 51 respicit oraculum quo Amphiaraus praedixerat duces Argivorum omnes praeter Adrastum perituros esse. Versu 698 significantur

---

[9]) Idem sentit Susemihl, *l. l.*

[10]) Eustratius ad Aristot. Eth. Nicom. III, 2 Oedipum iis fabulis accenset, in quibus Aeschylus mystica quaedam de Cerere tetigisse videbatur.

Eteocli in somniis visa futurorum auguria. Ex versu 981 Oedipum mortuum Thebisque sepultum esse efficitur. Haec aut magnopere fallor aut inter alterius tragoediae finem alteriusque initium evenisse putanda sunt. Et secundum quidem et tertium vel sic facile ab omnibus intellegebantur; de primo non habeo quod dicam, nisi quod ex puerili disciplina Atheniensibus plerisque notum esse poterat.

Septem contra Thebas ita disposita est ut major fabulae pars a regibus Thebanis ad civitatis statum deflectat urbisque obsessae imaginem exhibeat. Actores pauci, rex, nuntius, virginum chorus. Sed etiam quae in scena non conspiciuntur personae, quaeque res aliis in locis geruntur, quasi praesentes adesse oculisque subjici videntur. Eteoclis persona militum Thebanorum, qui victores futuri sunt, virtus, constantia, tranquillaque fiducia ostenditur; nuntius vividis narrationibus hostium, ad cladem interitumque destinatorum, vultus animosque proponit audaces, superbos, impia quadam barbaraque jactantia insignes. Dicas illos Hellenicam indolem referre fortem et temperatam; hos, ut Memnones istos Cycnosque, quorum Aristophanes meminit, *κωδωνοφαλαροπώλους*, Asiana ingenia prae se ferre Aeschylo, militi Marathonio, haud ignota. Sic regis nuntiique personis non quidem certamina ipsa, sed, quod multo majus est, certantium consilia, spiritus, ardor bellicus quasi in tabula depinguntur. Periculi magnitudinem feminae aperiunt, belli non actores, sed spectatores et victimae, quarum

vota, clamores, trepidationes modique flebiles virorum fortitudini opponuntur. Inde feminis cantica, viris diverbia potissimum data; inde mascula illa duriorque quam pro nostra humanitate castigatio, qua militum dux Eteocles in pavitantes virgines invehitur. Haec inter uno tantum versu (71)

Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής

ab epica lyricaque belli imagine ad tragicum fatorum nexum revocamur. Quod sane mirum videbitur et a nostri aevi poëtarum arte longe remotum hanc unam tragoediam consideranti. Aliter fortasse judicabit, qui duas tragoedias fatorum casibus et auguriis plenas praecessisse meminerit. Inter armorum strepitum ac bellicum clamorem spectatores, eorum quae modo viderant audierantque memores, suspenso animo terribile quiddam expectabant, quod diu dilatum subito erumpit, quum utrumque fratrem casu fatali in eadem sibi porta stationem elegisse cognoscitur.

Ὤμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι.

Ab hoc inde Eteoclis verbo ad Labdacidarum πάθη fabula redit totaque in iis vertitur. In lucem editur monstrum illud, quod tragoedia parturiebat, et Thebanorum dux strenuus prudensque, quasi sinu recluso, se eundem esse Oedipi filium miserum et atrocem ostendit. Sapienter virgines Eteoclem hortantur ut vitet id certamen, quod sine scelere ne suscipi quidem possit, ut sacrificiis deos placet Furiamque avertat; sed stultus esset qui Eteoclem talibus consiliis

obtemperare a suaque ipsius natura deficere posse putaret. Dum fata implentur, Thebanarum chorus Laii delictum, Oedipi diras, fatorum seriem inde a principio revolvit. Mox tantorum malorum exitus, fratrum caedes mutua, nuntiatur, ceteri proeliorum casus, Argivorum duces occisi, exercitus fugatus, quae sunt res in trilogiae argumento secundariae, vix obiter commemorantur. Fratrum corpora in scenam allata, sororum planctus, chori carmina totum genus ob avi culpam deorum decreto fatorumque vi extinctum praedicant.

Nihil amplius expectatur. Attamen in extrema fabula res nova et improvisa quasi per cumulum additur. Prodit praeco qui civibus placuisse renuntiat, ut Eteocles, urbis propugnator, rite sepeliretur, Polynices, patriae hostis, canibus volucribusque projiceretur. Tum Antigona, ullo se decreto a fraterno officio prohiberi posse negans, cum dimidio choro ad inhumandum Polynicem exit; Ismena, altero hemichorio comitante, ad Eteoclis funus proficiscitur. Propter hanc scenam Welcker aliique suo jure et magna cum probabilitate olim statuerant, hanc fabulam medium in trilogia locum obtinuisse; nunc, quum trilogiam in hac scena substitisse constet, iidem consilium poëtae indagare conati, sic fere clausulae insolitae rationem reddiderunt [11]. Fratribus caesis jam placata

---

[11]) Schneidewin, *Philol.* III, p. 362. Kruse, *Oedipodea* p. 67. Welcker, *Kleine Schriften* IV, p. 141.

esse numina infensa, neque ultra mortem Apollinis iram Laii prolem persequi. Sed quum constaret de illo Thebanorum edicto, Antigonam apud Aeschylum fratris causam tam forti animo suscipere, ut de Polynicis sepultura securi essent spectatores. Hoc Aeschyli inventum Sophoclem postea nobili illa tragoedia excoluisse primumque Antigonae supplicium commentum esse statuunt : itaque eo tempore quo Septem ageretur spectatores de virginis morte timere non potuisse. Has conjecturas, quamvis a viris doctissimis subtiliter excogitatas, mihi non satisfacere fateor. Nam si hoc sibi proposuit poëta, ut de Polynice sepeliendo securi essent spectatores, satius erat ne memorare quidem populi decretum neque animis injicere eam dubitationem, quae vel certissimis magnanimae virginis verbis non omnino tollitur. Tum vero alia eaque major dubitatio existit pro ipsa virgine timentium, quae quanto periculo se objiciat, declarant praeconis verba (v. 1026)

τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά.

Imo ex his verbis, quibus grave quoddam supplicium non obscure significatur, Antigonae fabulam non ab Aeschylo Sophocleque inventam, sed antiquam omnibusque notam fuisse collegerim, ut nemo dubitaret quin morte virgo pietatis poenam datura esset. Et mihi quidem praestare videtur, si nova quaedam in extrema fabula poëta exordiatur, spectatores futuri certos, quam incertos suspensosque ex theatro dimitti.

Verum circumspicienti quid Aeschylus in hac scena secutus sit, omnisque trilogiae argumentum replicanti, hoc potissimum placet, post filium dis invitis genitum ac parricidio et incestu inquinatum, post patrem liberis diras imprecatum, post fratres mutua caede absumptos poëtam tristes spectatorum animos eximia fraterni amoris imagine consolari voluisse. Ex sanguinolenta Labdacidarum stirpe virgo nascitur pia et casta, ejus inter cognatos caritatis, quam fatali quodam furore instincti viri conculcaverant, exemplar splendidum. Res sane et argumentum si spectas, haec scena fabulae fines egreditur novaeque telae stamina praebet imperfecta; sin reputas id quod optimae cuique tragoediae propositum est, ut violatas leges divinas ea commutatio sequatur, qua verus et legitimus rerum ordo restituatur, largieris hoc Aeschylum quodammodo assecutum esse, si quidem apud eum impii fratrum certaminis is est exitus, ut soror vitam officio impendendo pium erga consanguineos animum testetur.

Dramatis satyrici, quod neque ipsum a trilogiae argumento alienum erat, *Sphingis*, haec extant fragmenta. Aristophanes in Ranis, v. 1287, usus est versus Aeschylei particula, teste scholiaste ex illo dramate petita,

Σφίγγα δυσαμεριᾶν πρύτανιν κύνα *

Athenaeus XV, p. 674 D. hos trimetros servavit, quos sine acumine Oedipeo non expedias

Τῷ δὲ ξένῳ γε στέφανον ἀρχαῖον στέφος
δεσμῶν ἄριστος ἐκ Προμηθέως λόγου.

Praeterea Hesychius Aeschylum in Sphinge vocem *κνοῦς*, qua axis rotarumque sonus, *ὁ ἐκ τοῦ ἄξονος ἦχος*, significari solebat, ad pedum strepitum, *τὸν τῶν ποδῶν ψόφον*, transtulisse refert [12]).

Superest ut pauca addam de libris manu scriptis. Tres priores quae vocantur Aeschyli fabulae, Prometheus Septem Persae, multis codicibus descriptae sunt, de quibus dixit M. Haupt in Hermannianae editionis praefatione. Sed parum proficitur hac librorum abundantia, ad poëtam emendandum sterili. Nam etiam in his fabulis Mediceum, omnium codicum optimum et antiquissimum, sanae criticae fundamentum esse debere cum Dindorfio credimus, quamquam copiose nuper et acute in contrariam partem disputavit Heimsoeth. Itaque gratum accidit ut in hac tragoedia codicis Medicei (M.) quid prima (pr.) et secunda (sec.), quid recentiores (rec.) manus dederint, ubi rasurae extent (quas, quoties operae pretium esse videbatur, pinguiore puncto tali . notavi), virorum doctorum diligentia jam satis exploratum sit. Collationes enim a Tychone Mommsen et Carolo Prien factas, sicubi inter se discreparent, iterum cum codice con-

---

[12]) Apud Aristophanem *δυσαμεριᾶν* mutato accentu pro vulgato *δυσαμερίαν* scripserunt Bergk et Dindorf. Apud Athenaeum Grotius conjecit *στέφανος*. Fortasse *γ' εὐστέφανον*.

tulit Otto Ribbeck, quorum testimonia de codicis vetustissimi fide omnia in hujus fabulae editione composuit Ritschl. Accedit quod ad magnam fabulae partem Duebneri collationem publici juris fecit Dindorf.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΕΠΤΑ ΕΠΙ ΘΗΒΑΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.
ΑΓΓΕΛΟΣ ΚΑΤΑΣΚΟΠΟΣ.
ΧΟΡΟΣ ΠΑΡΘΕΝΩΝ.
ΑΝΤΙΓΟΝΗ.
ΙΣΜΗΝΗ.
ΚΗΡΥΞ.

ἐτεοκλῆς· ἀντιγόνη· ἄγγελοσ κατάσκοποσ. ἰσμήνη· χόρος παρθένων· κῆρυξ M. Librarii error sine dubio inde ortus, quod in archetypo tria priora nomina in sinistra, tria posteriora in dextra pagella scripta erant.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ἐν [1]) Θήβαις ὑπόκειται· ὁ δὲ χορὸς ἐκ Θηβαίων ἐστὶ παρθένων· ἡ δὲ ὑπόθεσις, στρατιὰ [2]) Ἀργείων πολιορκοῦσα Θηβαίους, τοὺς καὶ νικήσαντας, καὶ θάνατος Ἐτεοκλέους καὶ Πολυνείκους. ἐδιδάχθη ἐπὶ Θεαγενίδου [3]) ὀλυμπιάδι οή. ἐνίκα Λαΐῳ, Οἰδίποδι, Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβας, Σφιγγὶ σατυρικῇ. δεύτερος Ἀριστίας [4]) Περσεῖ, Ταντάλῳ, Παλαισταῖς σατυρικοῖς τοῖς Πρατίνου πατρός. τρίτος Πολυφράδμων Λυκουργείᾳ [5]) τετραλογίᾳ.

Satis habuimus antiquum hujus fabulae argumentum exhibere, quod e libro Mediceo primus edidit correxitque J. Franz. Hujus argumenti, fortasse ab Aristophane grammatico conscripti, initium transiit in argumentum vulgatum, omissa didascalia et praemissa longa narratione, qua res Thebanae inde a Laio non ad Aeschyli mentem, sed Euripide potissimum duce, admixtis quibusdam Sophocleis, exponuntur. Aliud argumentum e libro Cantabrigiensi Blomfield protulit, non absurdum illud quidem, neque tamen ad ad illustrandum poëtam utile.

[1]) *ἐπί*, superscripto *ἐν*, M.

[2]) *στρατεία* M.

[3]) *θεαγένους* M. Theagenidem archontem fuisse constat Ol. LXXVIII anno primo, unde efficitur fabulam nostram actam esse anno a. Chr. n. 467.

[4]) *ἀριστίων* M. Mox unius tragoediae nomen excidisse patet.

[5]) *πολυφράσμων λυκουργίαι* M. Polyphradmon Phrynichi tragici filius fuit avo cognominis. V. Suidam s. v. *Φρύνιχος*.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια
ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως,
οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.
εἰ μὲν γὰρ εὖ πράξαιμεν, αἰτία θεοῦ·
εἰ δ' αὖθ', ὃ μὴ γένοιτο, συμφορὰ τύχοι,
Ἐτεοκλέης ἂν εἷς πολὺς κατὰ πτόλιν
ὑμνοῖθ' ὑπ' ἀστῶν φροιμίοις πολυρρόθοις

---

1 sqq. Eteocles populum Thebanum, juvenes senes pueros, alloquitur. Qua in re ne objicias tam prope instare hostium oppugnationem, ut juvenes omnes jam exiisse putandi sint, quae Dindorfio causa erat versum 13 ejiciendi. Poetae hoc dandum est ut, omissa molesta temporum computatione, quum pugnam ipsam spectatorum oculis subjicere non possit, saltem proficiscentes ostendat ad moenia urbis defendenda cives omnis aetatis, et potissimum aetatem militarem, exercitus florem. Quae si abesset, hoc apertis verbis excusandum erat. Sed tale non fuisse Aeschyli consilium et per se intelligitur, et versus 31 sqq. declarant. — Scholia, etiam Medicea, male post *πρύμνῃ* distinguunt. Vulgo jungitur *ἐν πρύμνῃ πόλεως οἴακα νωμῶν*. Multo concinnius Hermann post *πόλεως* virgula interpunxit.

6. 7 *πολὺς* supra versum M., unde *πᾶσαν εἷς κατὰ πτόλιν* conjecit Dindorf. Sed illud librarii negligentiae tribuendum et *εἷς πολὺς* egregie dictum videtur. Neque offensionem habet post

οἰμώγμασίν θ', ὧν Ζεὺς ἀλεξητήριος
ἐπώνυμος γένοιτο Καδμείων πόλει.
Ὑμᾶς δὲ χρὴ νῦν, καὶ τὸν ἐλλείποντ' ἔτι
ἥβης ἀκμαίας καὶ τὸν ἔξηβον χρόνῳ,
βλάστημά τ' ἀλδαίνοντα σώματος πολὺ,
ὥραν ἔχων ἕκαστος ὥς τις ἐμπρεπὴς,
πόλει τ' ἀρήγειν καὶ θεῶν ἐγχωρίων
βωμοῖσι, τιμὰς μὴ 'ξαλειφθῆναί ποτε·
Τέκνοις τε, Γῇ τε μητρὶ, φιλτάτῃ τροφῷ·

πολύς illatum πολυρρόθοις, quod e παλιρρόθοις ortum esse statuebant Valckenaer et Brunck.

8 ἀλεξιτήριος (sic) Ζεὺς ἐν Θήβαις (et alibi) τιμᾶται. φησὶν οὖν, συμφώνως ἑαυτῷ τιμῷτο sch. M.

12 βλάστημον ἀλδαίνοντα σώματος πολὺν M. βλαστημὸν Dindorf, βλαστησμὸν Hermann, ut senes supra aetatis vires niti juberentur. Cui interpretationi repugnat versus sequens, quo pro sua quisque aetate officio fungi jubetur. Itaque recepi Stephani emendationem, quam praeivit V., in quo scriptum est βλάστημά γ' . . . πολύ. Haec refer ad juvenes, qui, quum adsint, etiam commemorari debent, et vocem ἀλδαίνοντα expone *alentem*.

13 ὥραν τ' (litterae ν τ a manu rec.) ἔχο.νθ' ἕκαστος ὥστι. συμπρεπές M. e quibus varia elici possunt, sed tamen subesse videtur nominativus ἔχων ἕκαστος. Vulgo ὥραν τ' ἔχονθ' ἕκαστον, ὥς τι aut ὥστε συμπρεπές. Hermann ὥραν τ' ἔχονθ' ἕκαστον, ὥς τις ἐμπρεπής. Hartung ὥρας ἔχονθ' ἕκαστον ὥς τιν' εὐπρεπές. Neque minus ambigua sententia versus difficillimi quem Dindorf interpolatori tribuit. Sunt qui his demum verbis juvenilem aetatem significari putent. At vox ἕκαστος aut ἕκαστον veriorem esse docet eam interpretationem, quam etiam scholiastes secutus est, inter ὥραν et ὦραν dubius: ὠραν· φροντίδα (ἢ) ἡλικίαν, ἵν' ᾖ ὁ νοῦς οὕτως, ἕκαστον ὑμῶν ἔχοντα φροντίδα τῆς πόλεως, ἢ ἕκαστον πρὸς τὴν ἡλικίαν βοηθεῖν τῇ πόλει ὡς πρέπον.

ἡ γὰρ νέους ἕρποντας εὐμενεῖ πέδῳ,
ἅπαντα πανδοκοῦσα * * *
* * * παιδείας ὄτλον,
ἐθρέψατ' οἰκητῆρας ἀσπιδηφόρους,
πιστός τις ὡς γένοιτο πρὸς χρέος τόδε.
Καὶ νῦν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει θεός·

---

18 Schol. πάντα πόνον τῆς παιδικῆς ἡλικίας (imo τῆς παιδεύσεως) ὑποδεχομένη, quod fere secuti sunt recentiores. Sed longe alia est vis verbi πανδοκεῖν a πανδόκος (v. 839) ducti, ut ξενοδοκεῖν a ξενοδόκος (quo tamen non defenditur barbarum ὑπανδοκοῦσα, quod erat qui comminisceretur). Jam vero, si πανδοκοῦσα est *omnia in sinum suum recipiens*, sequitur ut nonnulla exciderint locique sententia prope accedat ad Choeph. v. 120 καὶ γαῖαν αὐτὴν, ἣ τὰ πάντα τίκτεται, θρέψασά τ' αὖθις τῶνδε κῦμα λαμβάνει. Nam quod hominibus terra universa, id civibus est terra patria, eadem et mater et nutrix et sepulcrum. Lacuna sic fere expleri potest :

ᾧ πάντα πανδοκοῦσα τίκτεται πάλιν,
αὐτή τ' ἔχει τεκοῦσα παιδείας ὄτλον,

20. 21 οἰκιστῆρασ ἀσπιδηφόρουσ πίστουσ ὅπωσ γένοισθε M. οἰκιστῆρας, urbis conditores, in οἰκητῆρας, incolas, bene mutavit Hermann coll. Soph. OC. 627. Versus sequentis offensionem Dindorf removet scribendo ὅπως γένοισθε πρὸς χρέος πιστοὶ τόδε. Corruptionis originem facilius intelligi puto, si primitus legebatur, per genus dicendi Atticis familiare, πιστός τις ὡς γένοιτο, quibus interpres adscribere poterat ὅπως γένοισθε.

22 Mire νῦν μὲν et νῦν δὲ, v. 25, inter se opponuntur. Collatis Choeph. 682 sqq., suspicor καὶ νῦν, τὰ μὲν γὰρ ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει, vel tale quid, ut alterum νῦν sit prioris post interpositionem repetitio. Vox θεός, sequente πρὸς θεῶν suspecta, ad complendum versum addita videtur. Heimsoeth (Die Wiederherstellung der Dramen des Aeschylus, p. 146. 446) καὶ τῶν μὲν ἐς τόδ' ἦμαρ εὖ ῥέπει τύχη.

χρόνον γὰρ ἤδη τόνδε πυργηρουμένοις
καλῶς τὰ πλείω πόλεμος ἐκ θεῶν κυρεῖ.
νῦν δ' ὡς ὁ μάντις φησὶν, οἰωνῶν βοτὴρ,
ἐν ὠσὶ νωμῶν καὶ φρεσὶν, φάους δίχα,
χρηστηρίους ὄρνιθας ἀψευδεῖ τέχνῃ·
οὗτος τοιῶνδε δεσπότης μαντευμάτων
λέγει μεγίστην προσβολὴν Ἀχαιΐδα
νυκτηγορεῖσθαι κἀπιβουλεύειν πόλει.
Ἀλλ' ἔς τ' ἐπάλξεις καὶ πύλας πυργωμάτων
ὁρμᾶσθε πάντες, σοῦσθε σὺν παντευχίᾳ,
πληροῦτε θωρακεῖα, κἀπὶ σέλμασιν
πύργων στάθητε, καὶ πυλῶν ἐπ' ἐξόδοις
μίμνοντες εὐθαρσεῖτε, μηδ' ἐπηλύδων
ταρβεῖτ' ἄγαν ὅμιλον· εὖ τελεῖ θεός.
σκοποὺς δὲ κἀγὼ καὶ κατοπτῆρας στρατοῦ
ἔπεμψα, τοὺς πέποιθα μὴ ματᾶν ὁδῷ·
καὶ τῶνδ' ἀκούσας οὔ τι μὴ ληφθῶ δόλῳ.

---

25. 26 Quid sit *οἰωνῶν βοτὴρ*, poeta ipse, locupletissimus interpres, verbis *δεσπότης μαντευμάτων* declaravit. Deinde libri *φρεσὶν* (*φρεσὶ* M.) *πυρὸς δίχα*, quae ferri nequeunt, sive 'sine igne', sive cum Hermanno 'praeter signa ex igne accepta' interpretaris. Quid requiratur, manifestum est. Bene Ritschl aliique *πυρὸς* ex prava interpretatione vocis *φάους* ortum esse statuunt, quamquam scholia nonnulla huic emendationi favere demonstrari nequit.

29 *κἀπιβουλεύσειν* M. Bene schol. *ἐν νυκτὶ ἀγορεύεσθαι καὶ βουλεύεσθαι*. Sic *νυκτηγοροῦσι* et *νυκτηγορία* etiam Rhesi v. 89 et 19 usurpantur.

35. 37 Editores plerique *εὖ θαρσεῖτε*. Deinde *κατοπτῆρα στρατοῦ* pr. M. corr. rec.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἐτεόκλεες, φέριστε Καδμείων ἄναξ,
ἥκω σαφῆ τἀκεῖθεν ἐκ στρατοῦ φέρων,
αὐτὸς κατόπτης δ' εἴμ' ἐγὼ τῶν πραγμάτων.
ἄνδρες γὰρ ἑπτὰ θούριοι λοχαγέται
ταυροσφαγοῦντες ἐς μελάνδετον σάκος
καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
Ἄρην, Ἐνυώ, καὶ φιλαίματον Φόβον
ὡρκωμότησαν ἢ πόλει κατασκαφὰς
θέντες λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ,
ἢ γῆν θανόντες τήνδε φυράσειν φόνῳ·
μνημεῖά θ' αὑτῶν τοῖς τεκοῦσιν ἐς δόμους

---

40 Blomfield Hermann alii post *φεριστε* distinguunt.

44 Aristophanes Lysistr. 191 et 196 ad hunc versum respiciens verbo *μηλοσφαγεῖν* utitur, genuina, nisi fallor, scriptura, quae, quum ad *ταυρείου φόνου* convenire non videretur, in *ταυροσφαγεῖν* mutari potuit. Nam *μῆλα ἅπαντα τὰ τετράποδα καλοῦσιν οἱ ἀρχαῖοι*, ut ait Phryn. Bekk. p. 17, 8, similiaque Hesychius aliique grammatici. Attamen *ταυροσφαγοῦντες* etiam schol. Aristoph. l. l., itemque Longinus de sublim. c. 15, qui v. 43—47 usque ad *ὡρκώμοτησαν*, et Stob. Flor. VII, 11, qui v. 43—57 affert.

46 Libri *ἄρη τ'* aut *ἄρην τ'*. Illud tuentur Herm. et Dind. *Ἄρην* sine copula Turnebus Porson alii, quod mihi quoque necessarium videtur, quamquam tragici forma *Ἄρη* uti solent.

50 *εἰς* M. *ἔθος δὲ ἦν τοὺς ἐν πολέμῳ τοῖς οἰκείοις πέμπειν σημεῖα* (hoc interpretamentum apud Stobaeum legitur pro *μνημεῖα*) *ἢ περόνας ἢ ταινίας ἢ βοστρύχους ἤ τι τοιοῦτον. τὸ δὲ ἔστεφον ἀντὶ τοῦ ἐπλήρουν. πρὸς ἅρμα δὲ Ἀδράστου, ἐπεὶ Ἀμφιάραος αὐτοῖς ἐμαντεύσατο μόνον Ἄδραστον σωθήσεσθαι* schol. Haec spectatoribus nota esse poeta confidebat: nam in Oedipo, secunda trilogiae fabula, his exponendis locum fuisse non puto.

πρὸς ἅρμ' Ἀδράστου χερσὶν ἔστεφον, δάκρυ
λείβοντες· οἶκτος δ' οὔτις ἦν διὰ στόμα.
σιδηρόφρων γὰρ θυμὸς ἀνδρείᾳ φλέγων
ἔπνει, λεόντων ὡς Ἄρη δεδορκότων.
Καὶ τῶνδε πίστις οὐκ ὄκνῳ χρονίζεται,
κληρουμένους δ' ἔλειπον, ὡς πάλῳ λαχὼν
ἕκαστος αὐτῶν πρὸς πύλας ἄγοι λόχον.
πρὸς ταῦτ' ἀρίστους ἄνδρας ἐκκρίτους πόλεως
πυλῶν ἐπ' ἐξόδοισι τάγευσαι τάχος·
ἐγγὺς γὰρ ἤδη πάνοπλος Ἀργείων στρατὸς
χωρεῖ, κονίει, πεδία δ' ἀργηστὴς ἀφρὸς
χραίνει σταλαγμοῖς ἱππικῶν ἐκ πνευμόνων.
σὺ δ' ὥστε ναὸς κεδνὸς οἰακοστρόφος
φράξαι πόλισμα, πρὶν καταιγίσαι πνοὰς
Ἄρεως· βοᾷ γὰρ κῦμα χερσαῖον στρατοῦ·
καὶ τῶνδε καιρὸν ὅστις ὤκιστος λαβέ·
κἀγὼ τὰ λοιπὰ πιστὸν ἡμεροσκόπον
ὀφθαλμὸν ἕξω, καὶ σαφηνείᾳ λόγου
εἰδὼς τὰ τῶν θύραθεν ἀβλαβὴς ἔσει.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ὦ Ζεῦ τε καὶ Γῆ καὶ πολισσοῦχοι θεοί,
Ἀρά τ' Ἐρινὺς πατρὸς ἡ μεγασθενής,

---

52. 53 *ἀνὰ στόμα* Stob. et mox *ἀνδρίᾳ*.

55 *τῶνδε πίστισ* M. et schol. et libri fere omnes. *τῷδε πίστις* Stob. Recte *πίστις*, quod sequentibus firmatur, editores plurimi. Argivorum duces sine mora oppugnationem parando verbis fidem facere dicit.

59 *ἐπεξόδοισι*, ut supra *προσπύλασ*, M.

61. 62 *κονιεῖ* et *πλευμόνων* M.

μή μοι πόλιν γε πρέμνοθεν πανώλεθρον
ἐκθαμνίσητε δηάλωτον, Ἑλλάδος
φθόγγον χέουσαν, καὶ δόμους ἐφεστίους·
ἐλευθέραν δὲ γῆν τε καὶ Κάδμου πόλιν
ζυγοῖσι δουλείοισι μήποτε σχεθεῖν·
γένεσθε δ' ἀλκή· ξυνὰ δ' ἐλπίζω λέγειν·
πόλις γὰρ εὖ πράσσουσα δαίμονας τίει.

ΧΟΡΟΣ.

⏑ ⏑ ⏑ ⏑ *θρέομαι φοβερὰ μεγάλ' ἄχη·*

---

72 sqq. Libri *πρυμνόθεν*, quod corr. Valckenaer, et mox *δηϊάλωτον*. Deinde variam lectionem *Ἑλλάδος ὄλβον ῥέοντα* memorat schol.

76 *σχεθεῖν* (libri *σχέθειν*) fortasse intransitive accipiendum, ut non coërcendi, sed haerendi notionem habeat. Schol. M. *μὴ ὑπεξελθεῖν* (l. *ὑπελθεῖν*) *ζυγὸν δουλείας*.

78 Post exordium novem versuum Eteocles bis senis versibus cives hortatur ut opem ferant patriae terrae, almae matri; deinde novem versibus (3, 6) rerum statum exponit, totidemque (6, 3) quae in tali discrimine civibus facienda sint, quaeque ipse fecerit, docet. Sequuntur nuntii versus quindecim (3, 7, 5), quibus septem ducum jusjurandum enarrat, quindecimque alteri (3, 5, 7), quibus periculo instanti prompte occurrendum esse monet. Epilogus, ut exordium, novem Eteoclis versibus constat: illic de ducis officio dixerat, hic deorum auxilium implorat.

79 sqq. Sequitur carmen praestantissimum. Virgines ex arce Thebarum, inter deorum signa, ad quae supplices procumbunt, avidis auribus omnes campi subjecti strepitus excipiunt ex iisque hostium motus suspicantur, imo videre sibi videntur, *φαντάζονται*. Et quum ea sit carminis virtus, ut ipsi quoque inter legendum res illas oculis nos conspicere arbitremur, tamen spectatoribus omnia longe vividius proponebantur. Ad hoc enim et fortasse ad proximum canticum referendum videtur quod

μεθεῖται στρατός· στρατόπεδον λιπὼν
ῥεῖ πολὺς ὅδε λεὼς πρόδρομος ἱππότας·

Athenaeus I, p. 22 narrat, Telestem sive Telesiam Aeschyli choreutam tam argutis manibus fuisse, ut, quum Septem contra Thebas ageret, res saltando monstraret, φανερὰ ποιῆσαι τὰ πράγματα δι᾽ ὀρχήσεως. Sic ea quae in scena agi non poterant, eximio poëta invento tamen quodammodo ostendebat, virginum usus personis pavore abreptarum et quasi hariolantium, fere ut in Agamemnone vatis Casandrae persona usus est. Sed, qua sunt animi perturbatione, omniane quae puellae pavitantes narrant, equitum, peditum e castris profectio, oppugnationis principia, ad portas tumultus, tummaxime re vera fieri credendum est? Nonne audita in majus interpretantur, etiam non audita se audire putant, futura animis praecipiunt? Haec tu si ad liquidum perducere velis, vereor ne nimis curiosus sis. — Alia sunt quae editorem sollicitum habeant. Nam quamquam in universum satis facile hoc carmen intelligitur, singula magnis dubitationibus obnoxia sunt et de ipsa stropharum divisione et responsione inter viros doctos non convenit. Primus qui in hanc rem inquisivit, Seidler in libro de versibus dochmiacis totum carmen lege antistrophica teneri statuit, idque ita demonstravit ut ultimum stropharum par omnes agnoscerent, penultimum hodie omnes, nisi fallor, excepto Dindorfio. Sed quo longius a fine carminis recedis, eo obscuriora sunt responsionis vestigia. Hermanno v. 111—121 est stropha prima, v. 127—137 antistropha prima, quibus quae interjecta sunt pro mesodo habet, quae praemissa pro alloeostrophis. Hanc sententiam amplexus est Enger, *Musei Rhenani* t. XI, p. 150. Paullum ab ea discedentes, Lachmann (*de choricis syst. trag.*) versibus 122—126, mesodo Hermanni Seidlerique, olim respondisse versus post 137 supplendos putabat; Ritschl (apud Engerum *de Aesch. antistr. responsionibus*) illis versibus respondere v. 106—110, strophamque primam a versu 106 incipere statuit. Hoc verum esse Westphalo (*Emendationes Aeschyleae*) mihique persuasit. Totum carmen post Seidlerum, sed varias rationes secuti, in

αἰθερία κόνις με πείθει φανεῖσ',
ανανδος σαφὴς ἔτυμος ἄγγελος.
Ἐμὲ δὲ γᾶς ἐμᾶς πεδί' ὁπλόκτυπ' οὖς
ποτιχρίμπτεται βοαῖσιν, βρέμει δ'

---

strophas et antistrophas redegerunt admissa mesodo illa Hartung in editione, rejecta mesodo, sed admissa in carminis capite unius versus proodo Lowinsky, *Mus. Rhen.* X, 358, et Prien, *Beiträge zur Kritik von Aeschylus Sieben*, Part. II, sine ulla exceptione Heimsoeth, *Die indirecte Ueberlieferung des Aeschylischen Textes*, p. 168. Contra Bergk, *Philologi* t. XVI, p. 604, omnia quae praecedunt v. 138 antistrophica esse negat.

79 Lacunam quattuor brevium ad dimetrum dochmiacum complendum indicavit Dindorf. Ipse *νεόκοτα*, Prien *ὀρόμενα* excidisse conjecit.

80. 81 Dindorf *καθεῖται*, quod sane usitatius. Videtur tamen *μεθεῖται στρατός* cum vi dictum esse ut *μεθεῖται βέλος*. Sed haec vis infringitur, si cum his verbis, ut vulgo fit, jungas *στρατόπεδον λιπών*, cui constructioni etiam aoristi participium obstare puto. Bene interpunxit Heimsoeth, sed idem sine justa causa verba transposuit et ex libris deterioribus scribi jussit *ὧδε λεώς*, quum *ὅδε ecce* egregie dictum sit de re quam non cernunt virgines, sed conspecto pulvere cernere sibi videntur.

84. 85 *ἐλεδέμασ* (*ἔλεδεμνὰσ* sec.) *πεδιοπλοκτύποσ τὶ χρίμπτεται βοᾶι ποτᾶται. βρέμει δ'* M. Monstra lectionis tollenda ope scholii *καὶ τὰ τῆς γῆς δέ μου πεδία κατακτυπούμενα τοῖς ποσὶ τῶν ἵππων καὶ τῶν ὅπλων* (*καὶ ταῖς ὁπλαῖς* ?) *ποιεῖ μου προσπελάζειν τὸν ἦχον τοῖς ὠσίν.* Hinc Enger, partim Ritschelium secutus, *γᾶς ἤδη δ' ἐμᾶς πεδί' ὁπλόκτυπ' ὠσὶ χρίμπτει βοὰν ποτανάν, βρέμει δ'*. In universum bene, sed displicet *ἤδη δ'*. Mihi etiam propius ad Medicei scripturam accedi posse videbatur, si paullo audacius dicendi genus poëtae tribueretur. *Ἐμὲ δὲ* referendum ad *κόνις με πείθει*, quae ab alia virgine, vel alia chori parte pronuntiantur. Deinde *ποτιχρίμπτεται* Dindorfio debeo, qui reli-

ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος ὀροτύπου.
ἰὼ ἰὼ θεοὶ θεαί τ', ὀρόμενον
κακὸν ἀλεύσατε.
Ποτᾶται βοὰ ὑπὲρ τειχέων·
ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐ-
τρεπῆ ἐπὶ πτόλιν διώκων πόδα.

---

qua ex ingenio refinxit. Verbum ποτᾶται, quod neque sententia, neque numeri recipiunt, ne scholiasta quidem legit, qui ad sequentia adscripsit ἠχεῖ δέ, φησί, τρόπον ποταμῶν τὰ πεδία τῆς γῆς μου. Itaque Prien hanc vocem ejecit, Ritschl versu 83 post ἄγγελος inseruit, mihi ad id βοᾶι, quod infra, v. 89, recurrit, pertinere videtur.

86 Hesychius ὀροτύπου δίκην· ὅτι οἱ Γίγαντες ἀποσπῶντες ἀπὸ τῶν ὀρῶν κορυφὰς καὶ πέτρας ἔβαλλον. Glossae mutilae lemma nostrum locum respicere videtur, reliqua ad alium quendam locum referenda, quem etiam spectat Photii glossa ὀροτύπους τοὺς γίγαντας, ὅτι ταῖς ὀρῶν κορυφαῖς ἔβαλλον. His abuti non debebat Heimsoeth ut versum integerrimum pulcherrimumque miris conjecturis vexaret.

88 Ter ἰώ, et ἀλεύσετε pr. ἀλεύσατε rec. M.

89 βοᾶι ὑπὲρ τειχέων M. et schol. Non multum proficitur Dindorfii conjectura βοᾶ ὑπὲρ τάφρων: nam verba ὄρνυται et ἐπὶ πτόλιν διώκων hostem significant longius remotum quam qui urbis muros fossasve superet. Neque arridet Prienii βὰς ὑπὲρ ἑρκέων, quae ad hostium castra ille refert. Thebarum muros non Argivi, sed Argivorum clamor superat, et hoc dicent virgines huc retracta voce ποτᾶται, quae v. 85 ad prius illud βοᾶι adscripta erat. Modo ex ungularum sonitu equites appropinquare collegerant, nunc e clamore peditum impetum cognoscunt. Albi Argivorum clypei saepe apud tragicos commemorantur. Ceterum hiatus in commissura dochmiorum hoc loco non invenustus videtur et vox τειχέων trium syllabarum est ut στηθέων v. 549.

91 εὐ·τρεπής (v. l. εὐπρεπής) ἐπὶ πτόλιν διώκων M. Addidi πόδα ad versum explendum, in cujus initio scribi potest εὐτρεπὴς ἐπὶ πόλιν aut εὐτρεπῆ ἐπὶ πτόλιν.

τίς ἄρα ῥύσεται, τίς ἄρ' ἐπαρκέσει
θεῶν ἢ θεᾶν;
Πότερα δῆτ' ἐγὼ πάτρια ποτιπέσω
βρέτη δαιμόνων;
Ἰὼ μάκαρες εὔεδροι, ἀκμάζει βρετέων
ἔχεσθαι. τί μέλλομεν ἀγάστονοι;
Ἀκούετ' ἢ οὐκ ἀκούετ' ἀσπίδων κτύπον;
πέπλων καὶ στεφέων,
εἰ μὴ νῦν, πότ' ἀμφὶ λιτάν' ἕξομεν;
Κτύπον δέδορκα· πάταγος οὐχ ἑνὸς δορός.
τί ῥέξεις; προδώσεις,

---

94 Libri ἐγὼ ποτιπέσω. E scholio πότερον πρόσφυγες τῶν πατρῴων ξοάνων γενώμεθα ἢ ἄλλο τι πράξομεν; bene Westphal effecit excidisse vocem πάτρια, qua addita tres dochmii complentur. Cf. v. 194 δαιμόνων ἀρχαῖα βρέτη. Bergk mavult πατρῴων inserere post ποτιπέσω. Heimsoeth ποτιπέσω βρέτη πατρῷ' ἢ τί δρῶ; Sed quae scholiastes interpretis officio functus addere debuit, ea poetam ipsum addidisse demonstrari nequit: nam altera interregationis pars post πότερον aut πότερα saepe omittitur.

96. 97 Heimsoeth εὐσταθεῖς ad vitandum hiatum, qui post vocativum ferri posse videtur. εὔεδροι habuit etiam auctor scholii ἐπ' ἀγαθῷ ἱδρυμένοι ἢ ἐπὶ τῶν ἰδίων, φησί, καθεδρῶν καθεζόμενοι, i. e. in templis propitii remanentes neque urbem relinquentes, quo sensu εὔεδροι v. 296 recurrit. Ad sequentia schol. τί ἑστῶτες στενάζομεν καὶ οὐχ ἱκετεύομεν;

99. 100 στεφέων πότ' εἰ μὴ νῦν ἀμφίλιταν ἕξομεν M. νῦν Herm. εἰ μὴ νῦν, πότ' Lowinsky Prien Dind. ἀμφὶ λιτὰν olim vulgo invitis numeris. ἀμφὶ λίταν' Seidler, quod recepi, quia meliora non habeo. Hesychii ἀμφιλιτήν· τὴν λιτανευτήν ad alium fortasse locum spectat; sed tamen ἀμφιλιτάν legisse videtur vetus interpres qui adscripsit πολυπαράκλητον. An ἀμφιλίταν'

παλαίχθων Ἄρης, τὰν τεὰν γᾶν;
Ὦ χρυσοπήληξ δαῖμον, ἔπιδ' ἔπιδε πόλιν
τεάν, ἅν ποτ' εὐφιλήταν ἔθου.

στρ. α'. Θεοὶ πολίοχοι χθονός, ἴθ' ἀθρόοι,

ἄξομεν, ut dicitur ἀμφιδρόμια? Vestes et coronas dicunt dis offerendas, dum eorum simulacra suppliciter circumeunt. Hom. Il. VI, 271 jam schol. laudavit.

103 γᾶν abest a M., addiderunt librarii et editores nonnulli. Alii γᾶν τεάν; Bacchiacam dipodiam et tripodiam habes etiam Eum. 749 sq.

104. 5 δαῖμον corr. ex δαίμων M. Deinde τεὰν numerorum causa inseruerunt Lachmann Dindorf Westphal.

79—105 Haec, sive a singulis choreutis, sive ab hemichoriis aliisve chori partibus cantata, in periodos dividuntur non antistrophicas, sed tamen ordinum numero et quadam rerum verborumque similitudine inter se congruentes. Rem demonstrare conatus est Westphal l. l., quem in universum secutus singula aliter adornanda esse putavi. Praemittuntur dimetri dochmiaci quinque (1, 2, 2), quasi proodici. Tum tribus dimetris equorum solo insultantium agmen proponitur, dimetro et monometro deorum dearumque auxilium invocatur. Opponitur peditum impetus et altera deorum dearumque invocatio totidem versibus inclusa. Deinde ad simulacra procumbunt, aliis dubitantibus, aliis exhortantibus : uterque locus duobus ordinibus constat. Ecce iterum clamorem bellicum audire sibi videntur : trimetro interrogantium, 98, opponitur trimeter respondentium, 101, utrumque sequuntur ordines duo ad deorum comprecationes pertinentes. Martis invocatio clausula binaria locum absolvere videtur. Nescio tamen an nonnulla exciderint : non enim possum non mirari, quum tot numina adorentur, Bacchum, deum omnium maxime Thebanum et in Sophoclis Euripidisque fabulis Thebanis saepe memoratum, ab Aeschylo silentio praeteriri.

106 Hinc antistrophica incipere cum Ritschelio aliisque statuo. Insunt responsionis vestigia plurima, licet librariorum

ἴδετε παρθένων ἱκέσιον λόχον
δουλοσύνας ὕπερ.
κῦμα περὶ πτόλιν δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν
καχλάζει πνοαῖς Ἄρεος ὀρόμενον.
ἀλλ', ὦ Ζεῦ πάτερ
παντελὲς, πάντως
ἄρηξον δαΐων ἅλωσιν.
Ἀργέϊοι δὲ πόλισμα Κάδμου

---

culpa obscurata. Stropha prima omnem deorum Thebanorum coetum Jovemque patrem invocant. Antistropha prima singula numina comprecantur, Minervam et Neptunum, Martem et Venerem, Apollinem et Dianam, fere ut in aris duodecim deorum deus deaque copulari solent. Ceterum, si haec binis ternisve strophis antistrophisque distinguere mavis, non magnopere obsto. — *θεοὶ πολιάοχοι χθονὸσ ἴθ'* (superscripto *τ'*) *ἴτε πάντεσ* M. Pro *πολιάοχοι* vulgo *πολισσοῦχοι* aut *πολιοῦχοι*, Dind. *πολίοχοι*. In scriptura *ἴθ'*, quae mire torsit scholiastas, Westphal agnovit vestigia genuinae lectionis *ἴθ' ἀθρόοι*, cui adjecta interpretatio *ἴτε πάντες*. Deinde *λεύσσετε παρθένων* Heimsoeth.

109. 10 *κῦμα γὰρ περιπτόλιν δοχμολοφῶν* M. *γὰρ* delevit Ritschl. *δοχμολοφᾶν* Brunck Dindorf. *τῶν ἐπινευόντων τοῖς λόφοις . . τὸ γὰρ κινούμενον κράνος δόχμιον τῇδε κἀκεῖσε γίγνεται* sch. M. Praeclare hoc convenit ad undae imaginem. Deinde *ὄρμενον* malunt Enger Westphal.

110. 11 Sic libri, neque alia scholiastes habuisse videtur. Sententia bene procedit, numerorum restitutio incerta, quum etiam antithetica corrupta sint. Hermann *σὺ δ' ἀλλ' ὦ Ζεῦ Ζεῦ, πάτερ παντελές, πάντως . .* Westphal *σὺ δ' ὦ Ζεῦ πάτερ, ὦ παντελὲς πάντων κράτος*, non satis prudenter deleto acumine Aeschyleo *παντελὲς, πάντως ἄρηξον*. Heimsoeth *σὺ δ', ὦ Ζεῦ πάτερ τέλειε, παντελῶς*. Alii alia.

114 Vulgo *Ἀργεῖοι γὰρ*, quae conjunctio in M. supra *δὲ* adscripta est.

κυκλοῦνται· φόβος δ' ἀρήων ὅπλων.
διὰ δέ μοι γενειάδων ἱππίων
κινύρονται φόνον χαλινοί.
ἑπτὰ δ' ἀγάνορες πρέποντες στρατοῦ
δορυσσοῖς σαγαῖς * *
πύλαις ἑπταστόμοις
προσίστανται πάλῳ λαχόντες.

ἀντ. α'. *Σύ τ', ὦ Διογενὲς φιλόμαχον κράτος,*
ῥυσίπολις γενοῦ, Παλλὰς, ὅ θ' ἵππιος
ποντομέδων ἄναξ

---

115 sqq. *ἀρηΐων* et *διαδέτοι γενύων ἱππείων* M. Ad illa schol. *λείπει ἡ ὑπό. ὁ ὑπὸ τῶν ἀρηΐων ὅπλος φόβος ταράσσει,* unde Westphal supplevit verbum *λιάζει*, Bergk *κλονεῖ*. Sed veterem interpretem non plura habuisse puto, neque displicet dicendi genus abruptius, quod alia ratione removet Engeri conjectura *κυκλοῦνται φόβοις ἀρήων ὅπλων.* — Deinde quum legi possit *διάδετοι* et *διὰ δέ τοι*, hoc sine dubio praestat, modo *τοι* mutetur in *μοι*. Ad dochmios explendos *γενειάδων ἱππίων* Prien et Enger, quos secutus sum. — V. 117 *μινύρονται* Dindorfii propter Hesychii glossam *μινύρονται· προφωνοῦσι, προλέγουσι*, quae cum scholio *προφωνοῦσιν οἱ ἐν τοῖς γένυσι τῶν ἵππων χαλινοί* consentiunt.

118. 19 *ἀγήνορεσ* et *δορυσσόοισ σαγαῖσ* (*δορυσσόοι σαγαῖ*? pr.) M. et schol. *δορυσσόῳ σαγᾷ* Dindorf. His versibus aliquid deesse quum locus antitheticus ostendat, tamen lacunae signa neque cum Hermanno post *προσίστανται πάλῳ λαχόντες*, manifestam strophae clausulam, neque cum Westphalo ante haec verba, arcte cum praecedentibus conjuncta, poni possunt. Itaque post *σάγαις* dochmium excidisse suspicor.

120 Libri *πύλαις ἑβδόμαις*, quod frustra exemplis dissimilibus tuearis. Hartung *ἑπτὰ δὴ*, Enger *ἐπτ' ἐμαῖς*, Prien *ἑπταχᾶ*. Scripsi *ἑπταστόμοις*, coll. Eur. Suppl. 402 *ἀμφ' ἑπταστόμους πύλας*.

123 *ῥυσίπτολισ* M.

ἰχθυβόλῳ μαχανᾷ, Ποσειδὰν,
ἐπίλυσιν φόβων, ἐπίλυσιν δίδου.
σύ τ', Ἄρης, φεῦ φεῦ,
ἐπώνυμον Κάδμου πόλιν
φύλαξον κήδεσαί τ' ἐναργῶς.
καὶ Κύπρις, ἅτε γένους προμάτωρ,
ἄλευσον· σέθεν γὰρ ἐξ αἵματος
γεγόναμεν· λιταῖσί σε θεοκλύτοις
ἀπύουσαι πελαζόμεσθα.
καὶ σὺ, Λύκει' ἄναξ, Λύκειος γενοῦ
στρατῷ δαΐῳ στόνων αὐτᾶς.

---

125. 26 ἰχθυβόλωι μᾱχανᾶ (μέγαν ᾶ pr., ut Ribbeckio videbatur, utrique α superscripto η) ποσειδᾶν M., numeris claudicantibus et voce μαχανᾷ valde suspecta. Nihil auxilii in scholio mutilo καὶ σὺ, ὦ Πόσειδον, ὃς ἀνάσσεις ἐπὶ θήρᾳ ἰχθύων. Ritschl ἰχθυβόλῳ, Ποσειδάων, μαχανᾷ. Westphal ἰχθυβόλοισι μαχαναῖς θηρεύων, Πόσειδὰν, φόνων . . Fortasse

ἰχθύβολον τινάσσων μεγάλαν αἰχμὰν,
Ποσειδὰν, φόβων ἐπίλυσιν δίδου.

Cf. Prom. 925 τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος. Tridente thunnorum potissimum piscatores usos esse constat. — Deinde φόνων, supra scripto βου, M. Vulgo φόβων. Dindorf πόνων.

127 φεῦ φεῦ, ab hoc loco alienum, ejecit Dindorf, scripsitque σύ τ' Ἄρης Κάδμου πόλιν ἐπώνυμον. Westphal σύ τ' Ἄρης ἄφυκτ' aut ἄφευκτ'. Placetne φύτωρ? Acumen verbi κήδεσαι bene exponit scholion κηδεστὴς ἐναργῶς γενοῦ. Ἁρμονίαν γὰρ τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως εἶχεν Κάδμος. φρόντισον ἡμῶν καὶ τῆς πόλεως ἐναργῶς.

132. 33 Libri λιταῖς et ἀπύουσαι. Illud Hermann, hoc Seidler correxit. Bergk ἀλύουσαι. Ad θεοκλύτοις schol. μεγάλαις' ἃς καὶ (πόρρωθεν?) θεὸς ἀκούσειεν.

135 Corrupti στόνων αὐτᾶς duas interpretationes proponit schol. M. ὥσπερ λύκος αὐτοῖς ἐφόρμησον ἀνθ' ὧν ἡμεῖς νῦν θρηνοῦ-

σύ τ', ὦ Λατῴα
κόρα, τόξοισιν εὖ τυχάζου.

στρ. β. Ἐὴ ἐή,
ὄτοβον ἁρμάτων ἀμφὶ πόλιν κλύω.
ὦ πότνι' Ἥρα,
ἔλακον ἀξόνων βριθομένων χνόαι.
Ἄρτεμι φίλα,
δοριτίνακτος αἰθὴρ δ' ἐπιμαίνεται.

μεν . . ἡ ἐπιβλαβὴς τοῖς πολεμίοις ἐπὶ τῆς ἀϋτῆς τῶν στόνων γενοῦ, οἷον ἐπὶ τοῦ πολέμου. Hoc secundum Homericum στονόεσσαν ἀϋτήν. Seidleri στόνων ἀΐτας (τῶν ἡμετέρων στεναγμῶν ἀκροατής schol. B.) satis refellit Hermann, qui quod ipse dedit στόνων ἀπύᾳ (Hesych. ἠπύη· φωνή) valde obscurum est. Dindorf στρατῷ δαμίῳ στόνων ἀλλύτας conjecit, Λύκειον non datorem, sed averruncum malorum interpretatus. At στρατῷ δαΐῳ eo minus suspectum est quod etiam Dianae, quae hic arcte cum Apolline conjungitur, contra hostes tela expetuntur.

136. 37 σύ τ' ὦ λατογένεια κοῦρα τόξον ἐντυκάζου (ἐν sec. in litura) ἄρτεμι φίλα M. Verba Ἄρτεμι φίλα paullo infra suo loco recurrunt. Ad emendandum ἐντυκάζου duae Hesychii glossae adhiberi possunt : εὐτύκαζον· εὔτυκτον ἔχε, ἕτοιμον. τυχάζεσθαι· στοχάζεσθαι. Illa usi Dindorfii apud grammaticum et poëtam scripserunt εὐτυκάζου, ex hac Hartung Enger Prien εὖ τυχάζου. Pro Λατογένεια κοῦρα, quod numeri non recipiunt, jam Seidler suspicabatur olim scriptum fuisse Λατωΐς. Inde fluxit Westphali conjectura quam recepi.

138 et 146 ἐ ἐ ἐ ἐ M. ἐὴ ἐή Dind. — Hinc jam certa antistrophica ratio fere ab omnibus agnoscitur.

140 ὦ πότνια ἥρα et 142 ἄρτεμι φίλα ἐ ἐ ἐ ἐ M. Hermann bis ἐ, alii ejecerunt interjectiones.

143 δοριτίνακτοσ δὲ αἰθὴρ M. Particulam delendam putabat Porson, transponendam esse vidit Hermann, qui perspecto

τί πόλις ἄμμι πάσχει, τί γενήσεται;
ποῖ δ' ἔτι τέλος ἐπάγει θεός;

Ἐὴ ἐή, ἀντ. β΄.
ἀκροβόλων ἐπάλξεων λιθὰς ἔρχεται.
ὦ φίλ' Ἄπολλον,
κόναβος ἐν πύλαις χαλκοδέτων σακέων.
καὶ Διόθεν ὦ
πολεμόκραντον ἁγνὸν τέλος ἐν μάχᾳ,
στᾶσα, μάκαιρ' ἄνασσ' Ὄγκα, ὑπὲρ πόλεως

---

sententiarum nexu haec sic vertit : *Adstrepit vero isti curruum stridori tremefactus hastis aether.*

145 ποῖ δὲ τέλος ἔτ' Seidler Hermann.

147 Libri ἀκροβόλων δ'. Conjunctioni hic locum non esse vidit Dindorf. Ceterum muros lapidum imbre eminus percussos dicunt, neque a Thebanis lapides veniunt, ut Hermanno videbatur, sed ab Argivis. Hoc virginum pavor et verba ἀκροβόλων ἐπάλξεων et loci minime ambigui 196 et 281 docent, ubi dicitur νιφάς et χερμάς, quae hic est λιθάς.

494 *τὰ ἀπὸ τῆς τύχης τῷ Ἑρμῇ ἀναφέρουσιν* schol. Talibus verbis Eteocles uti non poterat, si nunc demum, cognito adversario, Hyperbium huic portae praeficeret. Imo quod supra ex

ἐχθρὸς γὰρ ἀνὴρ ἀνδρὶ τῷ ξυστήσεται,
ξυνοίσετον δὲ πολεμίους ἐπ᾽ ἀσπίδων
θεούς. ὁ μὲν γὰρ πυρπνόον Τυφῶν᾽ ἔχει,
Ὑπερβίῳ δὲ Ζεὺς πατὴρ ἐπ᾽ ἀσπίδος
σταδαῖος ἧσται, διὰ χερὸς βέλος φλέγων·
τοιάδε μέντοι προσφίλεια δαιμόνων.
πρὸς τῶν κρατούντων δ᾽ ἐσμὲν, οἱ δ᾽ ἡσσωμένων,
εἰ Ζεύς γε Τυφῶ καρτερώτερος μάχῃ,
κοὔπω τις εἶδε Ζῆνά του νικώμενον.
εἰκὸς δὲ πράξειν κἄνδρας ὧδ᾽ ἀντιστάτας·
Ὑπερβίῳ τε πρὸς λόγον τοῦ σήματος
σωτὴρ γένοιτ᾽ ἂν Ζεὺς ἐπ᾽ ἀσπίδος τυχών.

---

arce proficiscens dixerat, se singulas portas singulis ducibus commissurum esse (v. 265 sqq.), id antequam rediret exsecutus est. Haec verissime contra Ritschelium monuit Heimsoeth. Sed his obstare videtur quod v. 385 et 606, in primae sextaeque portae custodibus, futuris ἀντιτάξω et ἀντιτάξομεν rex utitur. Quae Heimsoeth ita interpretatur, quasi in his Eteocles sententiam mutet, moleste ille Aeschylo tribuens quae sine divinatione nemo assequi posset. Nihil profecto poëtis gravius extitit quam interpretum nimia diligentia. Quidni Eteocles, audita nuntii narratione, diceret 'Tydeo opponam Melanippum', quamquam hunc ei portae, quam Tydeus oppugnaturus erat, jam praefecerat? In talibus vel futuro vel praeterito locus est, imo utroque simul optime utitur v. 447 sqq.: nam πέμποιμ᾽ ἂν ἤδη futuri vim habet, πέπεμπται est tempus perfectum.

495 Libri ἀνήρ. Corr. Porson.

500—506 In M. 503 ante 500, et 505 ante 504 legitur. Eum qui in plurimis libris perperam obtinet ordinem 504. 502. 505. 506 ibidem manus saeculi XIV praefixis litteris β γ α δ indicavit. Veram versibus 504 et 505 sedem e libris nonnullis

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β. Πέποιθα τὸν δὴ Διὸς ἀντίτυπον νέμοντ'
ἄφιλον ἐν σάκει τοῦ χθονίου δέμας
δαίμονος, ἐχθρὸν εἴκασμα βροτοῖς τε καὶ
δαροβίοισι θεοῖσιν,
πρόσθε πυλᾶν κεφαλὰν ἰάψειν.

Parisinis eorumque scholiis restituit Brunck. Versui 503 suum locum reddidisse mihi videor. Jam enim, nisi fallor, omnia bene procedunt. Primum deos, quos in clypeis gestent, inter se inimicissimos esse ostendit. Tum Thebani patronum multo fortiorem esse docet quam eum quem Argivus sibi sumpserit. Deinde hominum eandem quam deorum fortunam futuram Jovemque suum militem servaturum esse sperat. Quae si fortasse paullo longius quam pro nostra festinatione exposita sunt, memento te antiquum poëtam legere ac noli audire summorum criticorum conjecturas, qui interpolatoris manum hic deprehendere sibi visi sunt. Dindorf enim totum locum praeter v. 503 ab Aeschylo abjudicat, Hermann etiam hunc damnavit, sed 500 et 501 servavit, Ritschl 502 et 501 tuetur. Mecum locum genuinum esse defenderunt Paley Keck Heimsoeth. — Jam de singulis videamus. 500 τοιάδε μέν τις Hermann. τοιαίδε μέντοι δ. ξυναλλαγαί Heimsoeth. At voce μέντοι ea quae praecedunt ita confirmantur, ut ad sequentia transitus paretur : cf. Agam. 615 τοιῶνδε μέντοι πημάτων κτλ. Nomen προσφίλεια, quod schol. exponit οἰκείωσις, legitime a προσφιλής ductum, ut προσήνεια a προσηνής, συντέλεια a συντελής, non plus offensionis habet quam sexcenta apud Aeschylum ἅπαξ λεγόμενα. Verte : *talis est numinum inter se amicitia.* 503 Libri που. Elmsley, Dindorf του. 504 εἰκός γε πρᾶξιν pr. δὲ πράξειν rec. ἄνδρασ M. κἄνδρας Heimsoeth.

507 Libri πέποιθα τὸν διὸς ἀντίτυπον ἔχοντα. Particula δή, quam ante τὸν inseruerunt Rob. et Herm., ante Διὸς potius excidisse videtur. Deinde νέμοντ' dedi numerorum causa.

508. 9 δαίμοσιν et εἴκασμαι βροτοῖσι et θεοῖσι M. Correxit Brunck. δαίμονος etiam schol. habuit.

346—511 In universum de hoc loco dictum est ad v. 346.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὕτως γένοιτο. τὸν δὲ πέμπτον αὖ λέγω,
πέμπταισι προσταχθέντα Βορραίαις πύλαις,
τύμβον κατ' αὐτὸν Διογενοῦς Ἀμφίονος,

Nunc singula addenda. Praemittuntur versus tres, tres, duo, quibus et personae et argumentum episodii indicantur. Sequuntur quattuor dictionum paria, binis strophis antistrophisque distincta, quorum primum et quartum versibus bis vicenis, secundum et tertium versibus bis quinis denis continentur. Primus nuntii sermo (354—373) habet trimetros viginti, in septem, septem, sex divisos, quibus respondet Eteocles trimetris totidem, sed aliter divisis : constant enim duobus denionibus. Deinde nuntius habet versus decem, quorum ultimus est *μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν προσήκασεν*, 407, et quinque; Eteocles versus decem, quorum ultimus est *μεσημβρινοῖσι θάλπεσιν τοῖς ἡλίου*, 422, et quinque. Tertius nuntii sermo versibus octo et septem constat, tertius regis sermo olim septem et octo versus numerasse videtur. Quartus nuntii sermo itidem mutilus olim, ut primus, in septem, septem, sex trimetros dividi poterat. Quartus regis, ut primus ejusdem, sermo duobus denionibus distinguitur, quorum priore (487—96) homines, qui pugna congressuri sunt, altero (497—506) autem di patroni inter se opponuntur et comparantur, huic quodammodo praefante voce *θεούς* non sine vi in versum 497 rejecta. Neque praetereundae sunt clausulae locorum antitheticorum. V. 393, qui est primi sermonum paris ultimus, Mars bellorum arbiter memoratur; v. 506, qui quarti paris extremus est, Jupiter servator extollitur. Etiam similiores sunt secundi tertiique paris clausulae :

λέγ' ἄλλον ἄλλαις ἐν πύλαις εἰληχότα.
κόμπαζ' ἐπ' ἄλλῳ, μηδέ μοι φθόνει λόγων.

512—14 *τόνδε* et *βορρέαις* M. Quae Aeschylo sunt *πύλαι Βορραῖαι* ab Euripide et Pausania *Ὕψισται* vocantur, proximae *ταῖς Προιτίσιν*, ad quas liberorum Amphionis sepulcra fuisse

*　　*　　*　　*　　*　　*

ὁ δ' ὠμὸν, οὔτι παρθένων ἐπώνυμον, 536
φρόνημα, γοργὸν δ' ὄμμ' ἔχων, προσίσταται, 537
πύργοις δ' ἀπειλεῖ τοῖσδ' ἃ μὴ κραίνοι θεός. 549
ὄμνυσι δ' αἰχμὴν ἣν ἔχει μᾶλλον θεοῦ
σέβειν πεποιθὼς ὀμμάτων θ' ὑπέρτερον, 530
ἦ μὴν λαπάξειν ἄστυ Καδμείων βίᾳ

---

narrat Pausanias IX, 17, 4, et hac occasione data etiam vicinum Amphionis Zethique monumentum commemorat. Etiam Euripides Phoenissarum v. 144 Parthenopaeum ad Zethi monumentum constituit, loci Aeschylei memor, sed eorum quae ipse v. 1111 narraturus erat immemor.

515—18 Hic excidisse Parthenopaei nomen, quod respiciunt sequentia, collatis ceteris nuntii narrationibus docuit Ritschl. Probabiliter Dindorf supplevit, sed imprudentius post 512, inter verba arcte conjuncta *πέμπτον* et *πέμπταισι . . πύλαις*, inseruit trimetrum hoc exemplo

Παρθενοπαῖον Ἀρκάδ', Ἀταλάντης γόνον.

Vide versum post 534 uncinis inclusum et ad 469 adnotata. — Nomen ducis excipere debent versus duo quos huc transtuli, quum post 525 legerentur, ubi nec verba *οὔτι παρθένων ἐπώνυμον* habebant quo referrentur et vocem *προσίσταται* invenuste sequebatur *ἐφίσταται πύλαις*. Praeterea cum Ritschelio hic inserui v. 518 qui, omissa conjunctione *δ'*, in libris versum 535 excipiebat. Hanc veram hujus versus sedem esse, etiam melius intelliges collata secunda nuntii narratione, in qua versum similem 402 similis ducis Argivi vaniloquentia sequitur. Ceterum horum versuum similitudo nonnullis causa fuit alterutrum interpolatori tribuendi; sed utrumque recte tuentur Hermann et Ritschl, neque minor est similitudo versuum 521 et 48.

520 *σέβειν πεποιθώς*, i. e. *σέβειν τολμῶν* aut, ut Plutarcheo dicendi genere utar, *σέβειν θαρσήσας*, audacius, sed optime junguntur. Frustra Heimsoeth *αἰχμὴν, ἣν λέγει.*

Διός· τόδ' αὐδᾷ μητρὸς ἐξ ὀρεσκόου
βλάστημα καλλίπρῳρον, ἀνδρόπαις ἀνήρ.
στείχει δ' ἴουλος ἄρτι διὰ παρηΐδων,
ὥρας φυούσης, ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ.
οὐ μὴν ἀκόμπαστός γ' ἐφίσταται πύλαις·
τὸ γὰρ πόλεως ὄνειδος ἐν χαλκηλάτῳ
σάκει, κυκλωτῷ σώματος προβλήματι,
Σφίγγ' ὠμόσιτον προσμεμηχανημένην
γόμφοισι νωμᾷ, λαμπρὸν ἔκκρουστον δέμας·
φέρει δ' ὑφ' αὑτῇ φῶτα Καδμείων ἕνα,
ὡς πλεῖστ' ἐπ' ἀνδρὶ τῷδ' ἰάπτεσθαι βέλη.
*   *   *   *
*   *   *
ἐλθὼν δ' ἔοικεν οὐ καπηλεύσειν μάχην,

---

522 *ματρὸσ* M. — Non debebat Hermannus ex libris inferioris notae recipere lectionem *βίᾳ δορός*, qua loci vis et pulchritudo pessum datur. Qui Jovem ipsum lacessere audet, ne vir quidem est, sed puer, neque illustri domo ortus, sed patre dubio e matre monticola natus.

526 Si verba integra sunt, *οὐκ ἀκόμπαστος* hic de minaci armorum specie accipiendum est : nam de verborum jactantia jam supra dixit.

530 *ἔκκρουστον* significat signum eminens intus expressum (v. Müller, Archaeol. §. 59, 2), neque aliter accepisse puto Eustathium ad Il. p. 1160, 49, quamquam hoc auctore in Thesauro Parisino exponitur 'quod quati, moveri potest'.

531. 32 Haec valde claudicant. Proclive est cum Heimsoethio conjicere *φῶτα Καδμείων, ἵνα . . ἰάπτηται* (hoc etiam librarii nonnulli). Sed ne haec quidem satis graeca sunt, nisi scribatur *ἄνδρα Καδμείων'*, de cujus formae numero singulari mihi non constat.

533—35 cum superioribus non cohaerent, carentque clausula binaria qua ceteri nuntii sermones terminantur. Excidisse puto

μακρᾶς κελεύθου δ' οὐ καταισχυνεῖν πόρον,
[Παρθενοπαῖος Ἀρκάς. ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ,]
μέτοικος, Ἄργει δ' ἐκτίνων καλὰς τροφὰς
*   *   *   *   *   *   *

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

*   *   *   *   *   *   *
εἰ γὰρ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι πρὸς θεῶν
*   *   *   *   *   *   *
αὐτοῖς ἐκείνοις ἀνοσίοις κομπάσμασιν,
ἦ τἂν πανώλεις παγκάκως τ' ὀλοίατο.

---

quinque versus ut omnes undetriginta fuerint. Verba *καπηλεύσειν μάχην*, paullo aliter dicta quam Enniana illa 'non cauponantes bellum, sed belligerantes', ad inquilinorum, *τῶν μετοίκων*, negotia alludere acute suspicatur Keck. Versum antepenultimum uncinis saepsi : nam ducis nomen supra excidisse vidimus et *ὁ δὲ τοιόσδ' ἀνήρ* interpolatorem sapit. Dindorf etiam 334 et 335 ab Aeschylo abjudicat.

536 Ante hunc versum lacunae signa jam tum posuerat Dindorf, quum de ratione antithetica nihil suspicaretur. Videtur illi 'Eteocles, ut ex *καὶ* particula in verbis *ἔστιν δὲ καὶ τῷδε* colligi potest, non de solo Parthenopaeo, sed nonnulla in universum de quinque quos nuntius adhuc commemoraverat ducibus dixisse, quod poëta propterea sic instituerat, quia sexti septimique ducis longe alia quam priorum ratio est'. Etiam post hunc versum nonnulla excidisse ostendit Ritschl. Nam cum sequentibus conjunctus absurdam sententiam praebet : 'Si votorum compotes fierent' (aliter enim verba *εἰ τύχοιεν ὧν φρονοῦσι* exponi nequeunt) 'misere perirent'. Loci integritatem ita defendere conatus est Heimsoeth ut *πρὸς θεῶν* in *δυσθέων* et *ὀλοίατο* in *ὀλοίμεθα* mutaret, quae etiamsi probabiliora essent quam mihi videntur, tamen ne sic quidem *φρονεῖν δύσθεα κομπάσμασιν* recte diceretur.

ἔστιν δὲ καὶ τῷδ', ὃν λέγεις τὸν Ἀρκάδα,
ἀνὴρ ἄκομπος, χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον,
Ἄκτωρ ἀδελφὸς τοῦ πάρος λελεγμένου·
ὃς οὐκ ἐάσει γλῶσσαν ἐργμάτων ἄτερ
ἔσω πυλῶν ῥέουσαν ἀλδαίνειν κακά,
οὐδ' εἰσαμεῖψαι τεῖχος ἐχθίστου δάκους
εἰκὼ φέροντα πολεμίας ἐπ' ἀσπίδος·
ἔξωθεν εἴσω τῷ φέροντι μέμψεται,
πυκνοῦ κροτησμοῦ τυγχάνουσ' ὑπὸ πτόλιν.
θεῶν θελόντων τόδ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἔπος.

---

539. 40 *τὸν Ἀρκάδα* non sine contemptu dictum videtur. Arcadibus enim, nisi fallor, stolidam jactantiam Graeci tribuebant, cf. Xenoph. Hellen. VII, 1, 23. 32. Deinde Ritschl conjecit *δ' ἐρᾷ*, M. Haupt *δὲ δρᾷ*, Heimsoeth *χειρὶ δρᾷ δ' ὃ δράσιμον*. Etiam Tzetzes Chil. IV, 994 habet *χεὶρ δ' ὁρᾷ τὸ δράσιμον*.

544 Libri *θηρὸς ἐχθίστου δάκους*. Ejecto interpretamento *θηρὸς* scripsi *τεῖχος*.

546 *ἢ 'ξωθεν* Burgess Porson Dindorf. *ἔξωθε δ'* Hermann. Nonnulla excidisse statuit Ritschl et hunc versum sic interpretatur : 'Sphingis imago non extrorsum in inimicos, sed extrinsecus introrsum in suum militem ignominiam rejiciet'. Vereor ne nimis ingeniose, praesertim quum superiora satis doceant *ἔξωθεν* esse *extra urbis moenia*. Vox otiosa *εἴσω*, quam vulgo incommode cum *τῷ φέροντι* jungunt, fortasse ex adscripto *εἰκώ* orta est. Placet Heimsoethii conjectura *ἔξω δ' ἐκείνῃ*.

548 *δ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἐγώ* M. *ἂν* Paley, Hermann, qualia Aeschylum non scripsisse etiam absque versu 709 satis intelligitur. *ἂν δ'* Wellauer, quam vocis *δέ* post particulam potentialem collocationem ne Dindorfii quidem auctoritas graecam esse mihi persuasit. Melius *τἂν* Elmsley, *τάδ' ἂν* Arnaldus, Blomfield. Sed etiam *ἐγώ* offensionem habet. Itaque dedi *τόδ' ἂν .. ἔπος*. V. ad Choëph. 219.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. γ. Ἱκνεῖται λόγος διὰ στηθέων·
τριχὸς δ' ὀρθίας πλόκαμος ἵσταται,
μεγάλα μεγαληγόρων
κλύουσ' ἀνοσίων ἀνδρῶν. εἴθε γὰρ
θεοὶ τούσδ' ὀλέσειαν ἐν γᾷ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἕκτον λέγοιμ' ἂν ἄνδρα σωφρονέστατον,
ἀλκήν τ' ἄριστον, μάντιν Ἀμφιάρεω βίαν.
Ὁμολωΐσιν δὲ πρὸς πύλαις τεταγμένος
κακοῖσι βάζει πολλὰ Τυδέως βίαν,
τὸν ἀνδροφόντην, τὸν πόλεως ταράκτορα,
μέγιστον Ἄργει τῶν κακῶν διδάσκαλον,
Ἐρινύος κλητῆρα, πρόσπολον φόνου,
κακῶν τ' Ἀδράστῳ τῶνδε βουλευτήριον·

---

549. 50 Vox *λόγος* neque ad Parthenopaei minas, neque ad nuntii narrationem referri potest, sed spectat ad proxima regis verba. His se moveri, sed tamen hostium magniloquentia perterreri dicunt virgines: v. similem locum 270 sqq. Frustra igitur *καὶ τριχὸς ὄρθιος* Blomfield et Dindorf, ut haec accuratius antistrophicis responderent. Ne *ὀρθίας* quidem, ut apud poëtam, mutandum esse intellexit Hermann.

552. 53 *κλύων* M. Conjecerunt *κλύουσα*, *κλύουσαν*, *κλύουσας* per omnes casus. Sed nominativo *κλύουσ'* (sic Colb. 1 et Par. N.) poëta usus esse videtur, quasi praecederet *τρέμω*. Vidit Heimsoeth. — Deinde *εἰ θεοὶ* (ex *θεῶι* factum) *θεοὶ* M. Emendate libri plurimi.

555 Vulgo *μάντιν* inconcinne cum *ἀλκήν τ' ἄριστον* jungitur. Mutata interpunctione *μάντιν* adjective accipio ut apud Sophoclem in Amphiarai frgm. II *τοῦδε μάντεως χοροῦ*, quamquam Nauck ibi scripsit *χορός*.

558—61 *ἐπεὶ τοὺς Μέλανος ἀπέκτεινε παῖδας Ἀλκάθουν καὶ*

καὶ τὸν σὸν αὖθις * ὁμόσπορον,
ἐξυπτιάζων ὄμμα, Πολυνείκους βίαν,
δίς γ' ἀντὶ λύμης τοὔνομ' ἐνδατούμενος,
καλεῖ. λέγει δὲ τοῦτ' ἔπος διὰ στόμα·

Λυκαυγέα (l. Λυκωπέα Butler) schol. Tydeus, in Aetolia interfectis fratribus patruelibus, etiam Argivorum res conturbasse civitatemque in duas partes distraxisse dicitur, dum Adrastus et qui ab ejus partibus steterunt bellum, Amphiaraus ejusque amici pacem amplectuntur : quas discordias Eriphylae perfidia compositas esse notum est. Haec vv. 558. 59 significantur. Sequuntur versus duo, illis verborum structura simillimi, quibus Tydeus Furiae evocator caedisque satelles appellatur propterea quod hujus belli auctor extiterit. Hanc ob causam Amphiaraum a Tydeo ad mortem usque capitali odio dissedisse narrat Apollodorus III, 6, 8, veteres fabulas secutus : μισῶν Τυδέα ὅτι παρὰ τὴν ἐκείνου γνώμην εἰς Θήβας ἔπεισε τοὺς Ἀργείους στρατεύεσθαι. Itaque tueor v. 559, quem Hermann damnabat, neque v. 560 e speciosa Ritschelii conjectura post 563 insero, praesertim quum illic Polynicis nomen a verbis τοὔνομ' ἐνδατούμενος separari nequeat. Ceterum Ἐρινύος λητῆρα, i. e. sacerdotem, conjecit Ahrens (Philol. Suppl. I, p. 635), adhibito scholio ἱερέα, quod tamen eodem jure ad vocem πρόσπολον referri potest.

562—65 *Deinde fratrem tuum increpans erecto supercilio 'Polynicem', bis pro convicio* (quali modo in Tydeum usus erat) *nomine jacto, vocat, et haec fatur.* Singula difficillima. Primo versu αὖθισ προὐσμόραν (accentu super πρὸς eraso) ἀδελφεὸν M. προσμόραν aut πρόσμορον, ut libri plerique, legit scholiastes, qui interpretatur τὸν ἀξιοθάνατον· ἢ τὸν συμπράκτορα αὐτοῦ. Hoc nihili est, forma ἀδελφεόν a trimetris aliena. Emendationis viam praeivit schol. P., qui conjecit προσπόρον, quod voluit esse ἀντὶ τοῦ ἐκ τοῦ αὐτοῦ σπόρου. Blomf. Dind. προσμολὼν ὁμόσπορον. Dobree Paley αὖτ' ἀδελφὸν, ἐς πατρὸς μόρον. Herm. olim εἰς ὁμόσπορον κάσιν, deinde ἐς πατρὸς μοῖραν κάσιν. Pro certo habeo

"ἦ τοῖον ἔργον καὶ θεοῖσι προσφιλές,
καλόν τ' ἀκοῦσαι καὶ λέγειν μεθυστέροις,
πόλιν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
πορθεῖν, στράτευμ' ἐπακτὸν ἐμβεβληκότα.
μητρός τε πληγὴν τίς κατασβέσει δίκη;
πατρίς τε γαῖα σῆς ὑπὸ σπουδῆς δορὶ
ἁλοῦσα πῶς σοι ξύμμαχος γενήσεται;

---

in πρόσμορον latere ὁμόσπορον et ex hujus vocis interpretatione ἀδελφεὸν ortum esse. Suppleri potest λοιδορῶν, quod etiam Hartungo placuisse video, vel tale quid. Sed omnino tenendum, quod propter illas conjecturas moneo, Amphiaraum, quem ad portam Homoloïdem constitisse poëta narret, Tydeum et Polynicem non conspicere, neque statione sua relicta ad illos iter facere, sed in absentes invehi, ut supra Tydeus absentem Amphiaraum vellicaverat. — V. 563 libri ὄνομα. Emendavit Schütz. ἐξυπτιάζων ὄμμα fere idem est quod ἀνατείνων τὰς ὀφρῦς. — Deinde libri δίς τ' ἐν τελευτῇ τοὔνομ' ἐνδατούμενος, quae schol. interpretatur εἰς δύο διαιρῶν τὸ ὄνομα τοῦ Πολυνείκους, τὸ πολὺ καὶ τὸ νεῖκος. At ἐνδατεῖσθαι constanti usu apud tragicos de jaciendis verbis, maximeque contumeliosis, usurpatur : sic λόγους ὀνειδιστῆρας ἐνδατούμενος Eurip. Herc. fur. 218, ne plura afferam. Itaque Amphiaraus bis male ominatum nomen Πολυνείκης inclamat, nec tamen hoc facit in orationis fine, quippe quae inde a versu 566 sequatur, sed ab hac exclamatione incipit. Vides verba τ' ἐν τελεύτῃ corrupta esse. Hermann δυσεκτέλευτον τοὔνομ', quae vox ut recte formata sit, de quo dubito, tamen neque articulus suo loco positus est, neque vox δίς abjicienda erat. Scripsi δίς γ' ἀντὶ λύμης, coll. κόσμον ἐπέων ᾠδὴν ἀντ' ἀγορῆς θέμενος in Solonis illa elegia Salaminia.

566 καὶ θεοῖσι, *diis vero.* Noli jungere καὶ . . τέ.

570—72 Libri et scholia μητρός τε πηγήν, cujus lectionis absurditas Dindorfium movit, ut hos tres versus damnaret. Ritschl τροφῆς δὲ πηγήν. Sed sententiarum nexus evincit veram esse

ἔγωγε μὲν δὴ τόνδε πιανῶ γύην,
μάντις κεκευθὼς πολεμίας ὑπὸ χθονός.
μαχώμεθ', οὐκ ἄτιμον ἐλπίζω μόρον."
τοιαῦθ' ὁ μάντις ἀσπίδ' εὔκυκλον νέμων
πάγχαλκον ηὔδα· σῆμα δ' οὐκ ἐπῆν κύκλῳ.
οὐ γὰρ δοκεῖν ἄριστος, ἀλλ' εἶναι θέλει,
βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος,
ἐξ ἧς τὰ κεδνὰ βλαστάνει βουλεύματα.
τούτῳ σοφούς τε κἀγαθοὺς ἀντηρέτας
πέμπειν ἐπαινῶ. δεινὸς ὃς θεοὺς σέβει.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Φεῦ τοῦ ξυναλλάσσοντος ὄρνιθος βροτοῖς

Seidleri conjecturam πληγὴν. *Sicut matris caedes nullo jure purgatur, sic patria vastata nullo pacto vastatori amica fiet.* Mox πατρὶς δὲ M. πατρίς τε Rob.

573. 74 τήνδε πιανῶ χθόνα et ἐπιχθονὸς M. Hoc jam in libris nonnullis correctum, illud egregie emendavit Ritschl, cujus conjecturam γύην ipso verbo πιανῶ quodammodo confirmari ait Dindorf. Fabulam notissimam significat scholion οὗτος γὰρ ἐκεῖ καταποθεὶς ὑπὸ τῆς γῆς ὕστερον μετὰ θάνατον ἐμάντευεν.

576. 77 εὔκηλον ἔχων pr. M. sed sec. adscripsit γρ. εὔκυκλον νέμων, et sic libri plurimi. εὐκήλως ἔχων Donner Hartung Ritschl, εὔκηλος νέμων Prien, quae vereor ne cum antecedentibus pugnent. Deinde ἐπῆν σάκει Dindorf. Sed κύκλῳ rem ante oculos ponit, neque ingrate, ut mihi quidem videtur, post εὔκυκλον infertur.

578—80 quum in scena recitarentur, spectatores omnes in Aristidem, τὸν δίκαιον, oculos convertisse dicuntur. Hinc explicandum videtur quod Plutarchus in Vita Arist. c. 3 aliique δοκεῖν δίκαιος afferunt, quum alii auctores et Aeschyli libri omnes δοκεῖν ἄριστος habeant. Locos, si tanti est, apud Hermannum videas.

583. 84 βροτοὺς pr. βροτοῖς rec. M. δυσσεβεστέροις M.

δίκαιον ἄνδρα τοῖσι δυσσεβεστέροις.
ἐν παντὶ πράγει δ' ἔσθ' ὁμιλίας κακῆς
κάκιον οὐδὲν, καρπὸς οὐ κομιστέος·
ἄτης ἄρουρα θάνατον ἐκκαρπίζεται.
ἢ γὰρ ξυνεισβὰς πλοῖον εὐσεβὴς ἀνὴρ
ναύταισι θερμοῖς ἐν πανουργίᾳ τινὶ
ὄλωλεν ἀνδρῶν σὺν θεοπτύστῳ γένει,
ἢ ξὺν πολίταις ἀνδράσιν δίκαιος ὢν

---

cum libris nonnullis et scholiaste A. *δυσσεβεστάτοις* e Par. K. L. aliisque libris receperunt Herm. et Dind.

587 certatim damnatur a summis criticis. At verbis *καρπὸς οὐ κομιστέος* transitus ad hunc versum ita paratur, ut eo reciso etiam illa obscura et manca relinquantur. Sensit hoc Dindorf, qui jejuna conjectura *καρπὸς ἧς ἀξύμφορος* poëtae membra amputata sanare conatus est. Tum vero, quod viros doctos fugisse miror, hic Eteoclis versus tam aperte opponitur nuntii verbi, *βαθεῖαν ἄλοκα διὰ φρενὸς καρπούμενος*, ut equidem nullus dubis tem quin genuinus sit. Frustra Schütz *καρπὸν οὐ κομιστέον*· Enger *ἣ 'κκαρπίζεται*, neque feliciores aliae conjecturae, quibus orationis vis infringitur. Bene schol. *λύμης χωρίον ἡ τῶν πονηρῶν φιλία* : sunt tamen alia *λύμης χωρία*, et haec in universum dicuntur non solum de malorum societate, sed etiam de ceteris rebus quorum ea natura est ut exitium non afferre non possint.

588 sqq. Superiora illustrantur duobus exemplis, altero tritissimo et fere proverbii loco habito (v. Naegelsbach, Nachhomerische Theologie p. 32), altero ad rem praesentem accomodato, quibus nihil profecto inest quod interpolationis suspicionem moveat, neque prudenter Ritschl v. 590—92 exulare jussit. Sed hanc conjecturam satis refutarunt Keck et Heimsoeth.

589 *ναύτῃσι* et *πανουργίαι τινὶ* M. Hoc pro *πανούργοις τισὶ* dictum esse jure negat Ritschl. Idem nonnulla excidisse statuit, Dind. dedit *πανουργίας πλέως*, versum in fine mutilum imperite a correctore expletum esse statuens. Utraque ratio habet quo se

ἐχθροξένοις τε καὶ θεῶν ἀμνήμοσιν
ταὐτοῦ κυρήσας ἐνδίκως ἀγρεύματος,
πληγεὶς θεοῦ μάστιγι παγκοίνῳ 'δάμη.
οὕτως δ' ὁ μάντις, υἱὸν Οἰκλέους λέγω,
σώφρων δίκαιος ἀγαθὸς εὐσεβὴς ἀνήρ,
μέγας προφήτης, ἀνοσίοισι συμμιγεὶς
θρασυστόμοισιν ἀνδράσιν βίᾳ φρενῶν
τείνουσι πομπὴν τὴν μακρὰν πάλιν μολεῖν
Διὸς θέλοντος συγκαθελκυσθήσεται.
δοκῶ μὲν οὖν σφε μηδὲ προσβαλεῖν πύλαις,
οὐχ ὡς ἄθυμος οὐδὲ λήματος κάκῃ,
ἀλλ' οἶδεν ὥς σφε χρὴ τελευτῆσαι μάχῃ,
εἰ καρπός ἐστι θεσφάτοισι Λοξίου.

---

commendet, sed tamen malui *καὶ* mutare in *ἐν*, ut factum est in Par. K. L. et ab Hartungo. Eodem spectare videtur schol. A. *θερμοῖς καὶ σπουδαίοις εἰς τὸ πανουργεύεσθαι.*

593. 94 Libri *ἐκδίκως* (sic M.) aut *ἐνδίκως* et *δάμη.* Speciose Prien *ἐκδίκοις*, quo recepto Dindorf hos versus transposuit, necessario sed valde incommode. Itaque ad *ἐνδίκως* redeundum, quod ab Eteoclis consilio non alienum videtur.

595. 96 *οὕτως δ' ὁ* pr. *οὗτος δ' ὁ* rec. et *οἰκλέουσ* M. Mox *ἀγαθὸς* non plus offensionis habet quam *ἀγαθὴ διάνοια* Eum. 972, ut neque in *κεδνὸς* mutandum, neque versus damnandus videatur.

599 neque commode exponi, neque probabiliter emendari, neque interpolatori tribui potest. *πάλιν* M. *πόλιν* libri plerique. *ἐπὶ τὴν εἰς Ἅιδην ἀποικίαν ἑλκυσθήσεται μολεῖν τὴν ἐναντίαν τῇ εἰς Ἄργος* schol. M. *καμπὴν τὴν μακρὰν* Heimsoeth, ut dicitur *κάμψαι διαύλου θάτερον κῶλον, κάμπτειν τὸν βίον.* Mihi in mentem venit *μὴ μακρὰν.* Requiritur aliquid quo ad verbum *συγκαθελκυσθήσεται* via muniatur.

602 *ἄθυμον* Rob. Dind.

604 *ἔσται* M. quod dubitantis esset. Praestat praesens, quod in libris quibusdam extat et scholio *εἰ ταῖς τοῦ Ἀπόλλωνος*

ὅμως δ' ἐπ' αὐτῷ φῶτα Λασθένους βίαν 620
ἐχθρόξενον πυλωρὸν ἀντιτάξομεν,
γέροντα τὸν νοῦν, σάρκα δ' ἡβῶσαν φύει,
φιλεῖ δὲ σιγᾶν ἢ λέγειν τὰ καίρια, 619
ποδῶκες εἰς χείρωμα δ' οὐ βραδύνεται
παρ' ἀσπίδος γυμνωθὲν ἁρπάσαι δόρυ.
θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς. 625

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. γ'. Κλύοντες θεοὶ δικαίας λιτὰς
ἡμετέρας τελεῖθ', ὡς πόλις εὐτυχῇ,

μαντείαις τέλος ἔνι firmari videtur. In universum loquitur de Apollinis oraculis certissimis, ut Sophocleus Oedipus εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεὺς χὠ Διὸς Φοῖβος σαφής.

607 φύσει pr. φέρει sec. M., φύει Well. Herm. Dind. Ritschl. Lasthenem non senem, ut cuidam videbatur, sed juvenem senili prudentia dici patet. Sic Pindarus Pyth. IV, 282 ἐν δὲ βουλαῖς πρέσβυς ἐγκύρσαις ἑκατονταετεῖ βιοτᾷ.

608 hic inserui, quum post 604 legeretur. Haec enim neque in Amphiaraum, neque in Apollinem cadere, sed ad militis Thebani laudem pertinere, oblique notata Amphiarai in tali tempore non satis opportuna oratione (οὐκ ἄνδρ' ὁπλίτην τοῦτο δεῖ στέργειν ἔπος), verissime monuit Ritschl, qui tamen minus bene hunc versum post 610 collocavit.

609. 10 Libri ποδῶκες ὄμμα, χεῖρα δ' οὐ βραδύνεται, quae sic sine conjunctione ne omisso quidem versu a nobis inserto ferri poterant. Dindorf haec interpolatori tribuit. Scribendum putavi ποδῶκες εἰς χείρωμα δ', coll. ποδώκει περιβαλὼν χαλκώματι Choëph. 573. Mox παρ' ἀσπίδος *ab sinistra*, δόρυ *ensem* (non *hastam*) bene interpretatur Brunck.

613 bis discrepat a versu strophico, neque votum ὡς πόλις εὐτυχῇ satis proprie ad rem praesentem et ad regis verba convenire videtur. Deleto glossemate ἡμετέρας scribendum puto

τελεῖθ', ὡς πόλεως πρόμαχος εὐτυχῇ.

δορίπονα κάκ' ἐκτρέπον-
τες εἰς ἐπιμόλους· πύργων δ' ἔκτοθεν
βαλὼν Ζεύς σφε κάνοι κεραυνῷ.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Τὸν ἕβδομον δὴ, τὸν πρὸς ἑβδόμαις πύλαις
λέξω, τὸν αὐτοῦ σου κασίγνητον, πόλει
οἵας ἀρᾶται καὶ κατεύχεται τύχας.
πύργοις ἐπεμβὰς, ἀπικηρυχθεὶς χθονὸς,
ἁλώσιμον παιᾶν' ἐπεξιακχάσας,

---

614. 15 *ἐκτρέποντεσ γᾶσ ἐπιμόλουσ* M. super *ἐπιμόλουσ* rec. *εἰς* scripsit. *γᾶς πρὸς ἐπιμόλους* libri nonnulli. *ἐς γᾶς ἐπιμόλους* Hermann, quod neque a graecitate, neque a numeris se commendat. Imo *γᾶς* interpolatum est, ne *ἐκτρέποντες* genetivo suo careret, fere ut schol. adscripsit *τὰ ἀπὸ τοῦ πολέμου κακὰ ἀπὸ τῆς γῆς ἐπὶ τοὺς ἐπελθόντας τρέποντες*. Viderunt Paley et Heimsoeth.

616 Antistropham praecedit sextum sermonum par, qui et numero versuum et divisione inter se respondent. Utrimque enim leguntur trimetri duo, decem, decem, septem. Etiam quintam nuntii quintamque regis dictionem, quae stropham praecedunt, olim undetriginta versus habuisse supra conjecimus. Iis argumentis quae ad v. 346 attulimus addendae sunt locorum clausulae simillimae :

θεοῦ θέλοντος τόδ' ἂν ἀληθεύσαιμ' ἔπος.
θεοῦ δὲ δῶρόν ἐστιν εὐτυχεῖν βροτούς.

617 *τόνδ' ἐφ' ἑβδόμαισ* M. *τὸν πρὸς* optime Dind. conjecit, ipse tamen scripsit *τῶνδ' ἐφ'*. Alii *τόν τ' ἐφ'*, *νῦν ἐφ'*, *στάντ' ἐφ'*. Dicit *πύλας Κρηναίας*, sed majus quid sonat *septima porta*, quod etiam Euripidem movisse videtur ut in hac nomen proprium omitteret. V. Phoen. 1141.

619 *οἷά γ'* pr. *οἵας γ'* rec. M. Fortasse *πόλει οἵας τ' ἀρᾶται σοί τ' ἐπεύχεται τύχας*.

620 Libri *κἀποκηρυχθεὶς χθονὶ*, nisi quod Par. L. *χθονός* Schol. B. *ἀναγορευθεὶς ἄρχων*, quam interpretationem qui tuentur

σοὶ ξυμφέρεσθαι καὶ κτανὼν θανεῖν πέλας
* * * * * *
ἢ ζῶντ᾽ ἀτιμαστῆρα τὼς ἀνδρηλάτην
φυγῇ τὸν αὐτὸν τόνδε τίσασθαι τρόπον.
τοιαῦτ᾽ ἀΰτεῖ καὶ θεοὺς γενεθλίους
καλεῖ πατρῴας γῆς ἐποπτῆρας λιτῶν

---

saltem scribant κἀνακηρυχθεὶς, ne sic quidem quod volunt satis declaraturi. Voce ἀποκηρυχθεὶς bene monuit Keck potius abdicatum aut exulem designari. Idem commendavit κἀποκηρυχθεὶς χθονός. Debebat ἁποκηρυχθεὶς χθονός.

622 Polynices cum fratre congredi gestit. Quod si eveniat, ex patris imprecatione se una cum illo mutua caede periturum esse probe scit; sin minus, fratre in exilium ejecto suum exilium ulcisci vult. Non erat cur miraretur Ritschl eum pugnae eventum, ut fratri interfecto superstes esset, a Polynice omitti, nec conjicere debebat κτανεῖν θανὼν aut κτανεῖν σε καὶ θανών, scilicet ut res primaria infinitivo, secundaria participio enuntiaretur. Neque enim ad hanc legem loquebantur Graeci, soliti illi collocatione, non declinationibus verborum nominumque quid primarium, quid secundarium esset significare; illud autem cum nostris hominibus iis convenit, ut non solerent ab interfectis interfici. Sed haec exciderunt viro acutissimo quam plurima ad firmandam sententiam suam argumenta conquirenti. Optime idem aegre desiderari verbum finitum intellexit versumque excidisse statuit, quae conjectura etiam eo confirmari videtur, quod Polynices non is est qui fratris exilio longius immoretur quam caedi mutuae. Etiam hanc duobus versibus explicatam fuisse par est. Exempli gratia proponam

ὑπ᾽ αὐτόχειρος αὐτόχειρ ἐφίεται.

Dindorf scripsit ἐπεξιάκχασεν aliud agens, opinor.

624 ἀτιμαστῆρα τῶς pr. τὼς sec. M. τώς σ᾽ Ald. Turn. ἐστὶ δὲ τὸ τὼς καὶ τὸ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐκ παραλλήλου schol. B. Conjecerunt σῶς, ὅπως, θ᾽ ὡς τ᾽, σ᾽ ὃν κἀνδρηλάτην. Haereo.

τῶν ὧν γενέσθαι πάγχυ Πολυνείκους βία.
ἔχει δὲ καινοπηγὲς εὔθετον σάκος
διπλοῦν τε σῆμα προσμεμηχανημένον.
χρυσήλατον γὰρ ἄνδρα τευχηστὴν ἰδεῖν
ἄγει γυνή τις σωφρόνως ἡγουμένη.
Δίκη δ' ἄρ' εἶναί φησιν, ὡς τὰ γράμματα
λέγει „κατάξω δ' ἄνδρα τόνδε καὶ πόλιν
ἕξει πατρῴων δωμάτων τ' ἐπιστροφάς."
τοιαῦτ' ἐκείνων ἐστὶ τἀξευρήματα.
σὺ δ' αὐτὸς ἤδη γνῶθι τίνα πέμπειν δοκεῖ
* * * * * *
ὡς οὔποτ' ἀνδρὶ τῷδε κηρυκευμάτων
μέμψει, σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι ναυκληρεῖν πόλιν.

---

628 *βίαι* sec. M. eademque adscripsit scholion, quod ad miram lectionem *Πολυνείκης βίᾳ* spectare videtur.

629 *εὔκυκλον* M. *γρ. εὔθετον, ἵν' ᾖ εὐβάστακτον* schol. M.

632 *σωφρόνως ἠσκημένη* conj. Butler, *ἠρτυμένη* alii.

634. 35 *λέξει* pro *λέγει* M., librario ad versum inferiorem aberrante. 'Recte habet *δὲ* particula, quae refertur ad *εἰμὶ Δίκη*, quod praecessisse in inscriptione cogitandum est' Dindorf. Mox *τ'* post *δωμάτων* a sec. M. additum, in libris nonnullis omissum, unde Heimsoeth *καὶ πάλιν ἕξει πατρῴων δωμάτων ἐπιστροφάς*.

636—40 Post *ἐκείνων*, quod ad omnes spectat, non facile intelligitur *τίνα πέμπειν δοκεῖ* (sic M. *δοκεῖς* vulgo) ad solum Polynicem referendum esse. Itaque versum excidisse puto in hanc fere sententiam :

τούτῳ μάχεσθαι· τοῖς πάρος δ' ἔχει καλῶς.

Cetera sana videntur : ne repetitum quidem *σὺ δ' αὐτὸς γνῶθι* mutandum puto, quo significanter utitur nuntius, dum anxie regis consilium expectat, neque tamen aperte eum monere audet. — In diversas vias abierunt viri docti. Paley versum 637 uncinis includit, eundem Prien et Keck ante 636 transponunt,

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ὦ θεομανές τε καὶ θεῶν μέγα στύγος,
ὦ πανδάκρυτον ἁμὸν Οἰδίπου γένος·
ὤμοι, πατρὸς δὴ νῦν ἀραὶ τελεσφόροι.
ἀλλ' οὔτε κλαίειν οὔτ' ὀδύρεσθαι πρέπει,
μὴ καὶ τεκνωθῇ δυσφορώτερος γόος.
ἐπωνύμῳ δὲ κάρτα, Πολυνείκη λέγω,
τάχ' εἰσόμεσθα τοὐπίσημ' ὅποι τελεῖ·
εἴ νιν κατάξει χρυσότευκτα γράμματα
ἐπ' ἀσπίδος φλύοντα σὺν φοίτῳ φρενῶν.
εἰ δ' ἡ Διὸς παῖς παρθένος Δίκη παρῆν
ἔργοις ἐκείνου καὶ φρεσὶν, τάχ' ἂν τόδ' ἦν·
ἀλλ' οὔτε νιν φυγόντα μητρόθεν σκότον,
οὔτ' ἐν τροφαῖσιν, οὔτ' ἐφηβήσαντά πω,
οὔτ' ἐν γενείου ξυλλογῇ τριχώματος,
Δίκη προσεῖδε καὶ κατηξιώσατο·
οὐδ' ἐν πατρῴας μὴν χθονὸς κακουχίᾳ

Ritschl in fine orationis collocat et ante eum alium excidisse statuit, praeterea v. 640 conjicit τὸ σὸν δ' οὖν ἐστι ναυκληρεῖν πόλιν. Dindorf ejectis versibus 636 et 37 alium supplet.

641 sqq. Patris imprecationem agnoscit Eteocles : nam casu fatali factum erat ut eandem sibi portam uterque frater destinaret. V. ad 494. Ceterum ἀμὸν M.

645 ὁ Ἐτεοκλῆς εἰς θρῆνον τραπεὶς . . ἵνα μὴ ὑπὸ τοῦ θρήνου ταράξῃ τοὺς πολίτας, πάλιν μεταφέρει ἑαυτόν schol. A.

646. 47 Πολυνείκει, quod etiam M. nunc habet ultimis litteris in litura scriptis, maluerunt Brunck Herm. Mox τἀπίσημ' pr. τοὐπίσημ' sec. ὅποι M. Vulgo ὅπη.

655 προσεῖδε habuit schol. qui adscripsit εἶδεν αὐτὸν καὶ ἐφίλησεν. Libri προσεῖπε. Optio difficilis.

656 οὔτ' ἐν M. οὐδ' ἐν bene Brunck ex libris nonnullis.

οἶμαί νιν αὐτῷ νῦν παραστατεῖν πέλας.
ἦ δῆτ' ἂν εἴη πανδίκως ψευδώνυμος
Δίκη, ξυνοῦσα φωτὶ παντόλμῳ φρένας.
τούτοις πεποιθὼς εἶμι καὶ ξυστήσομαι
αὐτός· τίς ἄλλος μᾶλλον ἐνδικώτερος;
ἄρχοντί γ' ἄρχων, σὺν κασιγνήτῳ κάσις,
ἐχθρὸς σὺν ἐχθρῷ στήσομαι. φέρ' ὡς τάχος
κνημῖδας, αἰχμὴν, καὶ πετρῶν προβλήματα.

ΧΟΡΟΣ.

Μὴ, *φίλταί' ἀνδρῶν, Οἰδίπου τέκος, γένῃ*
ὀργὴν ὅμοιος τῷ κάκιστ' αὐδωμένῳ·

---

658 *ἢ* rec. in margine M., idque maluit Hermann. *πανδίκως*, *omnino*.

662 Libri *ἄρχοντί τ' ἄρχων καὶ κασιγνήτῳ κάσις*. Scripsi *γ'* et cum Heimsoethio *σὺν*, ut copula, quae a tertio membro abest, etiam duo priora membra carerent.

664 *αἰχμῆσ καὶ πετρῶν* M. *αἰχμὴν καὶ πτερῶν* libri nonnulli. *αἰχμὴν* Eteocles omnino poscere debet. Sed *καὶ πτερῶν*, quod sagittas aut tela volantia interpretantur, non aptius est quam *καὶ πετρῶν*. Requiritur *στάδιά μοι προβλήματα* aut tale quid, i. e. arma qua cominus pugnantes teguntur. Sic Euripideus Eteocles Phoen. 780 *ἐκφέρετε τεύχη πάνοπλά τ' ἀμφιβλήματα*. Haec arma, loricam galeam clypeum, singula enumerare a loquentis ira abhorrebat; sed tamen ocreae, *κνημῖδες*, quippe quae primae induantur, statim animo occurrunt. Heimsoethio vox *κνημῖδας* ex adnotatione, qua omnis armatura percensebatur, irrepsisse videtur. Quod si placet, conjici possit *αἰχμήν τις αἰχμητῶν θ' ἅπερ προβλήματα*. Sed quid dicam de Prienii Dindorfiique judicio ultimos Eteoclis versus duos aut tres recidentium? Piaculum commiserunt.

Eteoclis sermo constat trimetris quattuor et viginti, totidemque habet nuntii sermo. Uterque dividi potest in versus tres, sex, decem, quinque.

665. 66 Noli imitari eum in quem merito invectus es.

ἀλλ' ἄνδρας Ἀργείοισι Καδμείους ἅλις
ἐς χεῖρας ἐλθεῖν· αἷμα γὰρ καθάρσιον.
ἀνδροῖν δ' ὁμαίμοιν θάνατος ὧδ' αὐτοκτόνος,
οὐκ ἔστι γῆρας τοῦδε τοῦ μιάσματος.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Εἴπερ κακὸν φέροι τις αἰσχύνης ἄτερ·
ἐκ τοῦ μόνον γὰρ κέρδος ἐν τεθνηκόσιν.
κακῶν δὲ κᾀσχρῶν οὔτιν' εὐκλείαν ἐρεῖς.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α. Τί μέμονας, τέκνον; μή τί σε θυμοπλη-
θὴς δορίμαργος ἄτα φερέτω· κακοῦ δ'
ἔκβαλ' ἔρωτος ἀρχάν.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Ἐπεὶ τὸ πρᾶγμα κάρτ' ἐπισπέρχει θεός,
ἴτω κατ' οὖρον κῦμα Κωκυτοῦ λαχὸν
Φοίβῳ στυγηθὲν πᾶν τὸ Λαΐου γένος.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. α. Ὠμοδακής σ' ἄγαν ἵμερος ἐξοτρύ-

Hermann αὐδωμένῳ active accipere mavult, alii infaustum Polynicis nomen significari putant : neutrum placet.

668 χέρασ' M. καθάρσιον hic passive dictum est, *expiari potest*, κάθαρσιν ἐπιδέχεται, ut recte schol.

672 Libri ἔστω· μόνον γὰρ κέρδος ἐν (aut ἓν) τεθνηκόσιν. Schol. supplet ἡ εὐκλεία, quod non intelligendum, sed diserte dicendum erat. Schütz 672 et 673 sedes mutasse putabat, Bücheler tentabat εὖ τεθνηκόσιν. Dindorf, hoc versu damnato, ex conjectura dedit δεινὸν μέν ἐστιν, ἀλλ' ὅμως ἔχει κλέος. Mihi, voce ἔστω ab interprete adscripta (nam in talibus apodosin saepe omitti notum est), ἐκ τοῦ excidisse videtur.

674 Libri μή τίς σε. Aldina μή τί σε.

νει πικρόκαρπον ἀνδροκτασίαν τελεῖν
αἵματος οὐ θεμιστοῦ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Φίλου γὰρ ἐχθρά μοι πατρὸς μέλαιν' ἀρὰ
ξηροῖς ἀκλαύστοις ὄμμασιν προσιζάνει,
λέγουσα κέρδος πρότερον ὑστέρου μόρου.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀλλὰ σὺ μὴ 'ποτρύνου· κακὸς οὐ κεκλή– στρ. β'.
σει βίον εὖ κυρήσας· μελάναιγις ἔξ–
εισι δόμων Ἐρινὺς ὅταν ἐκ χερῶν

---

683 *αἰσχρά* et *τελεῖ* (*εία* superscr. rec.) *ἀρὰ* M. Illud in libris plerisque correctum est. Deinde vulgo *τέλει' ἀρά*, elisa syllaba quae elidi nequit. *τελεῖν ἀρὰ* Turn. Herm. *τάλαιν' ἀρὰ* Wordsworth Dindorf. Bene Hippolytus Euripideus, v. 1236, *ὦ πατρὸς τάλαιν' ἀρά*: sed Eteoclis animo et ei quae hic proponitur imagini unice convenire *μέλαιν' ἀρά* alio loco monui. Librarii error fortasse ortus ex adscripto v. 818 *ὦ μέλαινα καὶ τελεία . . ἀρά*.

684 Libri *ἄκλαυστοις ὄμμασι*. Hoc Porson, illud Hartung correxit.

685 Vox *κέρδος* hic comparativi vim habere videtur, ut *βούλομαι* dicitur pro *μᾶλλον βούλομαι*. Schol. *κέρδος μοι ὑποτιθεμένη τὸ προτερῆσαι ἀποκτείναντα ἢ ὑστερῆσαι.* Imo *primam quamque mortem optimam praedicans*. Hanc interpretationem confirmat v. 692; sed aliae aliis placuerunt.

687. 88 *μελαναιγὶσ δ' οὐκ εἶσι δόμων ἐριννὺσ ὅτ' ἂν* (*οὖτ' ἂν* rec.) M. *δ'* delevit Arnaldus. *δόμον* et *οὖτ' ἂν* libri plerique. *δόμους* Brunck Herm. Dind. *ὅτου ἐκ χερῶν* Prien. Sic haec in universum dicta essent, ut accepit auctor scholii *καλῶς γὰρ πράξας οὐ νομισθήσῃ φαῦλος· οὐ γὰρ ἡ τὴν φοβερὰν ἔχουσα αἰγίδα Ἐρινὺς εἰς τὸν οἶκον ἐκείνου εἴσεισιν, οὗ οἱ θεοὶ θυσίαν δέχωνται.* Sed tamen res ipsa et Eteoclis verba proxima superiora docent

θεοὶ θυσίαν δέχωνται.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

Θεοῖς μέν ἤδη πως παρημελήμεθα,
χάρις δ' ἀφ' ἡμῶν ὀλομένων θαυμάζεται·
τί οὖν ἔτ' ἂν σαίνοιμεν ὀλέθριον μόρον;

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Νῦν ὅτε σοι παρέστακεν· ἐπεὶ δαίμων
λήματος ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ μεταλ-
λακτὸς ἴσως ἂν ἔλθοι θαλερωτέρῳ

Furiam pellendam, non arcendam esse. Itaque, servato δόμων et ὅταν, scripsi ἔξεισιν. Sic etiam verbum εἶμι ex Atticorum usu vim futuri retinet. *Furia domum tuam relinquet, quando di sacrificia tua accipient.*

691 τὴν ἀπώλειαν ἡμῶν ἐν χάριτος μοίρᾳ λαμβάνουσιν· ἢ μετὰ θάνατον ἴσως εὐκλείας τευξόμεθα schol. Mihi videtur poëta eam opinionem respicere, ex qua Oedipi eorumque, qui per vitam iram deorum experti erant, post mortem sepulchra pro palladiis habebantur. Thebanos Oedipi filios ut heroës coluisse testatur Pausanias IX, 18, 3.

693 *Nunc cum maxime mors* (ὀλέθριος μόρος) *tibi astat*, sed mox a te recedet. Sic Hom. Il. 16, 852 ἀλλά τοι ἤδη ἄγχι παρέστηκεν θάνατος. Hermann exponit : 'nunc in tua potestate est (licet tibi adhuc evitare mortem)', quae interpretatio verbis νῦν δ' ἔτι ζεῖ refutari videtur. De νῦν ὅτε (gallice *c'est à présent que*) v. Suppl. 630 νῦν ὅτε καὶ θεοὶ . . κλύοιτε et Hermannum ad Vigerum p. 919, ad Soph. Adj. 802. — Idem ἐπεὶ κλύδων ad vitandam responsionem liberiorem.

694. 95 λήματοσ ἀντροπαῖα χρόνια M. λήματος ἐν τροπαίᾳ χρονίᾳ bene Ald. Turn. *daemon, te animum tuum tandem mutante, et ipse mutatus.* Deinde θαλερωτέρῳ, in quo omnes libri consentiunt (quid pr. M. scripserit non satis constat), an pro μαλακω-

πνεύματι· νῦν δ' ἔτι ζεῖ.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

ἐξέζεσεν γὰρ Οἰδίπου κατεύγματα·
ἄγαν δ' ἀληθεῖς ἐνυπνίων φαντασμάτων
ὄψεις, πατρῴων χρημάτων δατήριοι.

ΧΟΡΟΣ.

Πιθοῦ γυναιξὶ, καίπερ οὐ στέργων ὅμως.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

λέγοιτ' ἂν ὧν ἄνη τις· οὐδὲ χρὴ μακράν.

ΧΟΡΟΣ.

μὴ 'λθης ὁδοὺς σὺ τάσδ' ἐφ' ἑβδόμαις πύλαις.

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

τεθηγμένον τοί μ' οὐκ ἀπαμβλυνεῖς λόγῳ.

ΧΟΡΟΣ.

* * * * * *

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

νίκην γε μέντοι καὶ κακὴν τιμᾷ θεός.

τέρῳ accipi possit, valde dubium est. Hermann dedit χαλαρωτέρῳ, Paley ex Conington conjectura θελεμωτέρῳ, coll. Suppl. 1028.

697—99 ἐξέζεσυν, ut videtur, pr. ἐξέζεσεν sec. M. Hoc aut ἐξέζεσαι ceteri libri. *Efferverunt* potius quam *fervefecerunt* verterim. — De Eteoclis somnio Hermann statuit in praegressa tragoedia Oedipo dictum fuisse. At hoc in illo argumento, quo patris imprecatio continebatur, commode fieri non poterat.

700 πείθου γυναιξὶν M. πιθοῦ Blomf. Elmsl.

705 vulgo choro tribuitur. Schol. τιμωρεῖται· ἢ ἐν ἐρωτήσει ὁ λόγος. Wellauer 'non est *injusta* victoria, sed *turpis* i. e.

ΧΟΡΟΣ.

* * * * * *

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

οὐκ ἄνδρ' ὁπλίτην τοῦτο χρὴ στέργειν ἔπος.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' αὐτάδελφον αἷμα δρέψασθαι θέλεις;

ΕΤΕΟΚΛΗΣ.

θεῶν διδόντων οὐκ ἂν ἐκφύγοι κακά.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α΄. Πέφρικα τὰν ὠλεσίοι–

---

ita reportata, ut ipse Eteocles a periculo abfuerit'. At hoc si diceret chorus, verbis uti debebat speciosis, non iis, quibus sententiam suam refutare potius quam commendare videtur. Alii aliter. Non puto haec commode exponi posse, nisi Eteocli tribuantur: quamobrem duorum versuum lacunam indicavi. Chorus monuerat, opinor, ne pugnam iniret ex qua sine scelere victor exire non posset. Cui Eteocles respondet *victoriam vel improbam dis placere*, si quidem ex eventu deorum voluntas cognoscitur. Deinde chorus dicere poterat, vinci aut pugnam vitare potius esse quam talia patrare. Cf. fr. 367 Herm. ψευδῶν δὲ καιρὸν ἔσθ' ὅπου τιμᾷ θεός.

709 ἐκφύγοισ', οι a m. ant. superscripto M. ἐκφύγοι libri fere omnes. ἐκφύγοιν Nauck Dindorf. Sed abjecta tristitia Eteoclem ira percitum alacriter ad pugnam volare puto, cui animo tertia persona convenit. Longe diverso animo erit, si secundam aut primam personam mavis. Pauci profecto sunt loci in quibus gravior sit lectionis varietas.

665—709 Duae chori strophae duaeque antistrophae includuntur quinque Eteoclis trimetrorum ternionibus. Praecedunt sex coryphaei trimetri. Sequitur coryphaei et Eteoclis stichomythia denaria.

κον θεὸν, οὐ θεοῖς ὁμοίαν,
παναλαθῆ, κακόμαντιν
πατρὸς εὐκταίαν Ἐρινὺν
τελέσαι τὰς περιθύμους
κατάρας Οἰδιπόδα βλαψίφρονος·
παιδολέτωρ δ' ἔρις ἅδ' ὀτρύνει.

Ξένος δὲ κλήρους ἐπινω- ἀντ. α'.
μᾷ Χάλυβος Σκυθῶν ἄποικος,
κτεάνων χρηματοδαίτας
πικρὸς, ὠμόφρων σίδαρος,
χθόνα ναίειν διαπήλας,
ὁπόσαν καὶ φθιμένοισιν κατέχειν,
τῶν μεγάλων πεδίων ἀμοίρους.

---

711 κακόμαντιν recte scholia ad Eteoclis somnium modo memoratum referunt. Mox εὐκταίαν 'Oedipi diris excitatam' ob corripiendam mediam syllabam merito suspectum erat Hermanno. V. tamen v. 823.

715. 16 Libri βλαφίφρονος Οἰδιπόδα. Transposuit Blomfield. Deinde δ' ἐρ ισδ' ὀτρύνει pr. M. δ' ἔρις ἅδ' aut ἔρις ἅδ' libri plerique.

717. 18 Libri κλήροις. Corr. Victorius. Hesychius χάλυβοι· ἔθνος τῆς Σκυθίας ὅπου σίδηρος γίγνεται.

721—23 Libri φθιμένοισι. Quum διαπήλας χθόνα ναίειν aut κατέχειν vel cum dativo vel cum accusativo personae jungi possit, constructionem variavit poëta perspicuitatis causa: nam sic melius intelligitur φθιμένοισιν in universum dictum esse, ἀμοίρους ad Oedipi filios pertinere. Hujus loci memor erat tragicus cujus carmen affert Diod. Sic. XVI, 92, 3.

στρ. β'. Ἐπειδὰν αὐτοκτόνοι
καὐτοδάϊκτοι θάνωσιν,
καὶ χθονία κόνις πίῃ
μελαμπαγὲς αἷμα φοίνιον,
τίς ἂν καθαρμὸν πόροι,
τίς ἄν σφε λούσειεν; ὦ
πόνοι δόμων νέοι παλαιοῖσι συμμιγεῖς κακοῖς.

ἀντ. β'. Παλαιγενῆ γὰρ λέγω
παρβασίαν ὀξύποινον·
αἰῶνα δ' ἐς τρίτον μένει
Ἀπόλλωνος εὖτε Λάϊος
βίᾳ, τρὶς εἰπόντος ἐν
μεσομφάλοις Πυθικοῖς

---

724. 25 *ἐπεὶ δ' ἂν* (*ἐπειδὰν* sec.) *αὐτοκτόνωσιν* (*αὐτοὶ κτάνωσιν* rec.) *αὐτοδάϊκτοι θάνωσι* M. *αὐτοκτόνως* Rob. *αὐτοκτόνοι καὐτοδάϊκτοι* Heimsoeth. Illud active, hoc passive accipiendum.

726 Sic libri et schol., qui *χθονία κόνις* male interpretatur *ἡ πατρῴα αὐτῶν κόνις, ἡ πατρία γῆ*. Hermann versus antithetici causa *καὶ γαῖα κόνις*. Malim *νερτέρα*, quae vox, ut *χθονία*, ad deos inferos alludit. Heimsoeth *καὶ κόνις χθονία* et in antistropha *αἰῶ τ' ἐς τρίτατον*.

728 *κάθαρμα* (*μα* in litura) sec. M. *καθαρμὸν* aut *καθαρμοὺς* ceteri libri. In loco simili Choëph. 65 nomen *πόροι* non *flumina*, sed *artes, remedia, ἄκη*, exponere debebam.

730 *παλαιοῖσ* M. Malim *πόνοι . . συμμιγεῖς πόνοις*.

732 *παραβασίαν ὠκύποινον* M. *παρβασίαν* Porson. Epitheton *ὠκύποινον*, ab Hermanno defensum, mihi neque in Laii, neque in Oedipi, neque in filiorum fata cadere videtur. Scripsi *ὀξύποινον*, quamquam scholio novicio *τὴν ὀξέως μετελθοῦσαν αὐτόν* non multum tribuo.

χρηστηρίοις θνάσκοντα γέννας ἄτερ σώζειν πόλιν,

Κρατηθεὶς ἐκ φίλων ἀβουλιᾶν — στρ. γ΄.
ἐγείνατο μὲν μόρον αὑτῷ,
πατροκτόνον Οἰδιπόδαν,
ὅστε ματρὸς ἁγνὰν
σπείρας ἄρουραν, ἵν' ἐτράφη,
ῥίζαν αἱματόεσσαν,
ἔτλα· παράνοια συνᾶ-
γε νυμφίους φρενώλεις.

Κακῶν δ' ὥσπερ θάλασσα κῦμ' ἄγει· — ἀντ. γ΄.
τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει
τρίχαλον, ὃ καὶ περὶ πρύμ-

---

737 Heimsoeth θανόντα et σαοῦν. Sed in hujusmodi versibus iambicis liberior responsio toties occurrit, ut non tollenda videatur, et praesentis participium hic locum habet : neque enim quae futura sint praedicit Apollo, θανόντα σώσειν, sed Laium jubet sine prole morientem servare civitatem, θνάσκοντα σώζειν.

738. 39 κρατηθεὶς δ' ἐκ φίλων ἀβουλίαν γείνατο M. ἀβουλίᾳ aut ἀβουλίαις ἐγείνατο libri recentiores. Conjunctionem a Porsono deletam tuebatur Hermann. Ex scholio κρατηθεὶς ὑπὸ τῶν αὐτῷ φίλων ἡδονῶν Dindorf restituit ἀβουλιᾶν.

740 sqq. Vulgo μὴ πρὸς ἁγνάν. Optime Dindorf ματρὸς ex Mediceo reduxit. Sed idem nollem mutasset ἔτλα in ἔφλα i. e. ἔσποδει, pertudit, quae verba ad rem veneream non sine obscenitate transferri videntur. Si lectio genuina est, statuendum erit ἔτλα hic cum participio construi duosque accusativos a σπείρας pendere. — Deinde σύναγε et φρενώλης pr. -εις sec. M. *Sponsos vesanos* alii Oedipum et Iocastam, alii Laium et Iocastam dici putant. Hoc malo, ut oratio ad παλαιγενῆ παρβασίαν revertatur.

ναν πόλεως καχλάζει.
μεταξὺ δ' ἀλκὰ δι' ὀλίγου
τείνει πύργος ἐν εὔρει.
δέδοικα δὲ σὺν βασιλεῦ-
σι μὴ πόλις δαμασθῇ.

στρ. δ'. Τέλειαι γὰρ παλαιφάτων ἀρᾶν
βαρεῖαι καταλλαγαὶ,
τὰ δ' ὀλοὰ πελόμεν' οὐ παρέρχεται.

---

750. 51 Numerorum causa Heimsoeth *ἀλκὰ μεταξὺ*, ejecto *δὲ*, quo vix carere possumus. Graviorem offensionem habent verba *πύργος ἐν εὔρει*, dicta pro *πύργου εὖρος*. Herm. *ἐν Ἄρει*. Hartung *τείνων πύργος ἀνείργει*. Malim *μεταξὺ δ' οἶδμα δι' ὀλίγου τείνει πύργος ἐρύκειν*, i. e. medius ad arcendum fluctum propinquum murus extenditur. Sed nihil horum munimenti imbecillitatem satis declarat, quo nomine praestat Arati *ὀλίγον δὲ διὰ ξύλον ἄϊδ' ἐρύκει* et Juvenalis *tabula distinguitur unda.*

752. 53 Hoc ex oraculo supra memorato timeri poterat. V. ad 825.

754. 55 *τέλεια. γὰρ παλαιφάτων ἀραι* M. *τέλειαι γὰρ παλαίφατοι ἀραί* libri plerique. Emendarunt Enger et Hermann. Vox *παλαιφάτων*, ut v. 775 *ποτέ*, non urgenda est : neque enim infantibus, sed adultis filiis Oedipum dira imprecatum esse ex iis quae in Praefatione diximus sequitur. Deinde *βαρεῖαι καταλλαγαὶ* dictum est ut infra *ἤδη διήλλαχθε σὺν σιδάρῳ*.

756 *πελόμεν'* pr. *τελόμεν'* rec. M. Auctor scholii *τὰ δὲ δεινὰ τελούμενα οὐ παρέρχεται ἡμῶν* videtur legisse *τελούμεν'*, quae est nonnullorum librorum vitiosa scriptura. Deinde Hermann *οὐ μὰψ ἔρχεται* : sed antitheticus potius versus mutandus videtur. Hoc dicit chorus : *Funesta, si quando advenerunt, non praetereunt, sed ingruunt.* Egregie illustrat hunc locum Dem. pro Cor. p. 291 *τοῦτο τὸ ψήφισμα τὸν τότε τῇ πόλει περιστάντα κίν-*

πρόπρυμνα δ' ἐκβολὰν φέρει
ἀνδρῶν ἀλφηστᾶν
ὄλβος ἄγαν παχυνθείς.

Τίν' ἀνδρῶν γὰρ τοσόνδ' ἐθαύμασαν ἀντ. δ'.
θεράπναι ξυνέστιοι
πόλεος ὁ πολύβατός τ' ἀγὼν βροτῶν,
ὅσον τότ' Οἰδίπουν τίον,
τὰν ἁρπαξάνδραν

δυνον παρελθεῖν ἐποίησεν ὥσπερ νέφος. Malim τὰ δ' ὀλό' ἐπιπλόμεν', coll. Soph. OR. 134 νέφος ἐπιπλόμενον.

757 ἐκβολῶν pr. ἐκβολὰν rec. M. Utriusque lectionis meminit scholiastes. Ad Oedipi speciosam fortunam haec spectare, sequentia ostendunt.

760 τοσόν M. τοσόνδ' libri plerique.

761. 62 Libri fere θεοὶ καὶ ξυνέστιοι πόλεως πολύβοτός τ' αἰὼν βροτῶν. Dindorf et Hermann bene πόλεος ὁ. Sed graviora reliquerunt. Primum me non intelligere fateor quid sit quod di Oedipum admirati esse dicantur, neque cur haec deorum admiratio uno verbo absolvatur, quum hominum admiratio multis amplificetur. Deinde verbis ὁ πολύβοτος αἰὼν βροτῶν homines universos significari volunt dicendi genere, si quid video, parum Aeschyleo. Pro θεοὶ καὶ ξυνέστιοι conjeceram τ' ἔνοικοι aut τ' ἐν οἴκοις ξυνέστιοι: nunc θέραπναι, i. e. οἰκήσις, scribendum puto, vocabulum exquisitius, quo Euripides pluries utitur. Tum varia lectio πολύβατος, quam testatur scholion ὁ ὑπὸ πολλῶν ἐμβατευόμενος ἀνδρῶν, optimum sensum praebebit αἰὼν mutato in ἀγὼν. Junge πόλεος ἀγών, i. e. ἀγορά, locus ubi homines conveniunt, quem Pindarus fr. 45, 3 πολύβατον ἄστεος ὀμφαλὸν dicit. V. schol. ad Hom. Il. 24, 1, Aristophanem apud Photium s. v. ἀγῶνα et quae ad ἀγωνίους θεοὺς Agam. 484 adnotavimus.

764 Libri ἀναρπαξάνδραν. Bene Herm. Dind. τὰν ἁρπαξάνδραν. Hoc enim et versus antitheticus requirit, in quo ἀν-

κῆρ' ἀφελόντα χώρας;

στρ. ε'. Ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων ἐγένετο μέλεος ἀθλίων γάμων,
ἐπ' ἄλγει δυσφορῶν
μαινομένᾳ κραδίᾳ
δίδυμα κάκ' ἐτέλεσεν·
πατροφόνῳ χερὶ τῶν
κρεισσοτέκνων ὀμμάτων ἐπλάγχθη·

ἀντ. ε'. Ἀραίας τέκνοις δ' ἐφῆκεν ἐπικότους τροφᾶς
λιτάς,

δρῶν ἀλφηστᾶν, formula Homerica, mutari nequit, et analogia ex qua neque ἀνεγερσίχορος, neque ἀναλυσίπονος, neque ἀναρριψοκίνδυνος dicitur.

766 Heimsoeth ἔγεντο.

768 καρδίαι M. Correxit Turnebus. Gemina mala dicit oculos effossos et filios diris devotos. Vides poëtam statuere, utrumque ab Oedipo factum esse statim incesto cognito.

771 κρείσσω τέκνων δ' ἀπ' ὀμμάτων M. κρεισσοτέκνων Par. B. Turn. δ' ἀπ' delevit Blomf. κυρσοτέκνων Herm., addita interpretatione : 'privavit se oculis qui liberis occursuri erant'. κρεισσοτέκνων, si genuinum est, non exponam 'oculos liberis potiores', qui sensus neque aptus est, neque voci compositae inesse potest; sed 'oculos qui liberorum officia melius servarant quam dextra'. Opponuntur enim πατροφόνῳ χερὶ et κρεισσοτέκνων ὀμμάτων. *Parricida manu innocuos oculos sibi abstulit.*

772 τέκνοισ δ' ἀραιὰσ ἐφῆκεν ἐπικότουσ τροφὰσ αἶ αἶ M. ἐπιτρόπους ingeniose Par. E. ἐπίκοτος τροφᾶς Heath, Porson. τέκνοισιν δ' ἀρὰς Hermann. Malui, primis verbis transpositis, *ΑΙΑΙ* mutare in *ΛΙΤΑϹ*. Schol. Soph. ad OC. 1375 postquam versus attulit ex Thebaide, in quibus Oedipus filios propter coxam ab

πικρογλώσσους ἀράς,
καί σφε σιδαρονόμῳ
διὰ χερί ποτε λαχεῖν
κτήματα· νῦν δὲ τρέω
μὴ τελέσῃ καμψίπους Ἐρινύς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Θαρσεῖτε, παῖδες μητέρων τεθραμμέναι
* * * * * *
πόλις πέφευγεν ἥδε δούλειον ζυγόν·
πέπτωκεν ἀνδρῶν ὀβρίμων κομπάσματα,

---

iis missam exsecratus esse narratur, haec addit, *τὰ δὲ παραπλήσια τῷ ἐποποιῷ καὶ Αἰσχύλος ἐν τοῖς Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις.* Interpretatus igitur est *τροφᾶς* propter victum, idque probavit Heathius. Rectissime Schützius intellexit, potius propterea ira correptum esse Oedipum dici, quod educasset inceste prognatos filios. Vide Opusc. VII. p. 204'. Hermann. De coxa aliisve filiorum contumeliis cogitari non posse, docent verba *ἐπεὶ δ' ἀρτίφρων ἐγένετο ἀθλίων γάμων*, quae execrationis tempus ac, nisi fallor, etiam causam declarant.

774. 5 *διαχειρίαι* M. Egregie emendavit Porson. Supra *καί σφε* suspectum est. *ἢ σφε* Ven. *ἢ* superscr. in Lips. *σφε δὴ* Taur. Unde *ἥ σφε* conjecit Heimsoeth.

777 *καμψίπους* male scholiastes exponit *ἡ κάμπτουσα τῶν κολαζομένων τοὺς πόδας.* Bene Schütz et Hermann interpretantur *agilem, pedum articulis flexibilem, ὑγρῶς κάμπτουσαν τὰ σκέλη.*

778 Mire Herm. *τεθρυμμέναι.* Si usquam, hic manifestum est versum excidisse. Dicendum erat, virgines ingenuo loco natas esse; addi poterat, etiam in posterum illas liberas futuras esse.

781 *πέπτωκεν δ'* M.

πόλις δ' ἐν εὐδίᾳ τε καὶ κλυδωνίου
πολλαῖσι πληγαῖς ἄντλον οὐκ ἐδέξατο.

ΧΟΡΟΣ.

Στέγει δὲ πύργος, καὶ πύλας φερεγγύοις
ἐφραξάμεσθα μονομάχοισι προστάταις;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

καλῶς ἔχει τὰ πλεῖστ' ἐν ἓξ πυλώμασιν·
τὰς δ' ἑβδόμας ὁ σεμνὸς ἑβδομαγέτης
ἄναξ Ἀπόλλων εἵλετ', Οἰδίπου γένει
κραίνων παλαιὰς Λαΐου δυσβουλίας.

ΧΟΡΟΣ.

Τί δ' ἐστὶ πρᾶγμα νεόκοτον πόλει *;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

πόλις σέσωσται· βασιλέες δ' ὁμόσποροι

ΧΟΡΟΣ.

τίνες; τί δ' εἶπας; παραφρονῶ φόβῳ λόγου.

---

784. 85 choro dedi, addito interrogationis signo. Vulgo valde incommode nuntio tribuuntur, neque quidquam proficitur inserto δ' inter καλῶς et ἔχει, ut libri nonnulli et rec. M. — Ceterum ἐφραξάμεθα M. Schol. A non plura habuit, sed vocem προστάταις ad deos praesides retulit, fortasse versu 787 in errorem inductus.

790 πρᾶγμα et πόλει πλέον; M. πρᾶγος et πόλει παρόν; Par. A. B. L. aliique libri. πρᾶγμα et πόλει πάλιν; Dindorf. Dari hoc potest codicis Medicei auctoritati, ut πρᾶγμα tueamur, quamquam πρᾶγος exquisitius est.

791 βασιλέως pr. βασιλεῖς rec. M. Post hunc versum in libris legitur ἄνδρες τεθνᾶσιν ἐκ χερῶν αὐτοκτόνων, qui nobis est versus 797. Vulgo hic servatur, priore excluso. At nuntius si statim rem totam declararet, absurda essent, quae paullo

ΑΓΓΕΛΟΣ.

φρονοῦσα νῦν ἄκουσον· Οἰδίπου τόκοι

ΧΟΡΟΣ.

οἴ 'γώ. τεθνᾶσι ; μάντις εἰμὶ τῶν κακῶν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Verum prudentiam illam, qua omnium quae ingenium humanum sollerter excogitavit Prometheus auctor exstitit, superat majus quiddam, inconcussus malis animus, quem fabula superstes in claro lumine collocat. Nam prudentia Promethei in imprudentiam vertit, quippe qui saevioribus quam expectaverat malis crucietur et, quum hominibus salutem attulerit, sibi ipsi opem ferre non valeat.[6]) Animi vero magnitudo rebus adversis exsplendescit eoque evehitur ut Prometheus vinctus invictae fortitudinis exemplum exstet immortale. Parvae et pusillae videntur ad excelsam

---

[5]) Choëph. 579. Cf. etiam Eumen. 278, Sept. 608, quemque Gellius ibidem, XIII, 18, affert Euripidis versum *Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.* Alium trimetrum quo silentium commendatur

Πολλοῖς γάρ ἐστι κέρδος ἡ σιγὴ βροτῶν

ut Vincti Promethei laudat schol. Aristidis p. 501 Dind. — Quae schol. Aeschyli de poenae diuturnitate ex Ignifero affert, fortasse ad Solutum referenda sunt : v. ad v. 95 adnotata.

[6]) Prometh. 270 sqq. 469 sqq.

Titanis figuram comparatae ceterae fabulae personae, quae, quamquam et ipsae ad deorum ordinem pertinent, tamen communem hominum mensuram non excedunt: qualis est Oceanus benignus ille quidem, sed senili prudentia ac timiditate,[7]) et Io vaga, mente turbata, animo ad desperationem usque deficiente, et Oceanides potissimum virgines mala aliena dolentes, quibus nihil dulcius teneriusque, sicut nihil firmius constantiusque masculo Promethei animo. Neque tamen haec animi constantia ita sui similis est sibique semper constat, ut non pro varia rerum specie varios et ipsa quasi vultus induat. Nam dum rupi alligatur, dum carnifices adsunt, Jovis satellitum saevitiae invictum silentium opponit; deinde, vel solus, vel choro adstante, quamquam de spiritu nihil remittit vanaque Jovis flectendi consilia respuit, tamen in querelas solvitur poenaeque diuturnitatem et ignominiam secum volutans dolore conficitur.[8]) Sed animum erigit Ionis adventus, quam personam primus sine dubio Aeschylus huic argumento inseruit ex artis suae ratione: similis enim personarum fati-

---

[7]) Non convenit inter Aeschyli interpretes de Oceani moribus, quem alii vilissimum habent, alii summae sapientiae laude ornant. Quid in effingenda hac persona, ceteris poëtis fere intacta, Aeschylus secutus esse videatur, ad vv. 287 et 376 significavi. Oceanum Promethei consiliorum participem non fuisse et v. 334, quo hoc innui videtur, in codicibus corruptum legi pro certo habeo.

[8]) Prometh. 437 sq.

dicarum, Cassandrae in Agamemnone, Darii in Persis, ipsa quidem non vaticinatur, sed vaticiniis locum dat. Nam ex hujus stirpe olim post longam saeculorum seriem nascetur heros qui Prometheum vinculis exsolvet. Hac igitur conspecta liberatorem illum fatis promissum ipsum intueri et futura quasi instantia tantum non manibus tenere sibi videtur. Itaque breves, imo nullos esse censet labores qui aliquando finem habituri sint et ad constantiae generosam quandam dementiam progressus Jovis jussa spernit, minas ridet, nova supplicia expetit, interque ignes fulmineos coelique fragores, mari tumultuante ipsaque terra contremiscente, dum in Tartarum dejicitur, spiritu indomito immerita se pati testatur.

Tali exitu haec quidem tragoedia praeclare absolvitur, sed alius tragoediae exspectatio movetur. Apud Hesiodum enim quum statim ultima gravissimaque poena Prometheus affligatur, supplicii gradus et exitum illum, qua res in praesens deciduntur, non componuntur neque consummantur, cur poëta excogitaverit, nisi ut in plures tragoedias hoc argumentum divideret? Accedit quod futura obscure potius significantur quam plane declarantur: ne hoc quidem perspicitur, quorsum olim evadat anceps fatorum decretum, utrum futurum sit ut regnum amittat Jupiter, an Prometheo reconciliato ut exitium vitet.[9]) Vix igitur dubitari potest quin cum Vincto Prometheo Solutus

---

[9]) Prometh. 752 sqq. 905—937. 954 et 168 sqq. 766 sqq.

conjunctus fuerit, idque testari videtur scholion Mediceum ad fabulae superstitis versum 522 adscriptum, quo quaedam res fabulae insequenti reservari dicuntur.[10]) Quum autem tres, quae una in certamen committebantur, tragoedias argumenti perpetuitate conjungere solitus sit Aeschylus, valde probabile est etiam Igniferum Prometheum ad eandem trilogiam pertinuisse. Ab hoc recte videntnr separare Prometheum satyricum, cui fabulae, quam una cum Persis actam esse constat, vindicant titulum *Προμηθεὺς Πυρκαεύς*.[11])

In tertia igitur trilogiae fabula Prometheus, luci redditus, iterum conspiciebatur rupi suae adhaerens, scena tamen, ut videtur, nonnihil mutata, quae a Scythiae desertis marique externo in montem Caucasum remota erat. Huc eum visuri veniunt Titanes ex novis trans Oceanum sedibus, quas de Tartari carcere emissis Jupiter assignavit.

---

[10]) *Τῷ ἑξῆς δράματι φυλάττει τοὺς λόγους.* Minus ponderis habet scholiastae ad v. 511 adnotatio *ἐν γὰρ τῷ ἑξῆς δράματι λύεται*, quae absque illa altera ad fabularum ordinem a grammaticis institutum referri possit.

[11]) Aeschylum trilogia Promethei fabulam complexum esse suspicatus erat Siebelis de Pers. p. 24, demonstravit Welcker eo libro quo omnem Aeschyli artem exposuit, *Die Aeschylische Trilogie Prometheus.* In hanc sententiam abierunt plerique Aeschyli interpretes et ipse Hermannus in dissert. de Prom. Aesch. edita Lipsiae a. 1846, p. 14.

Ἥκομεν —
τοὺς σοὺς ἄθλους τούσδε, Προμηθεῦ,
δεσμοῦ τε πάθος τόδ' ἐποψόμενοι.

Φοινικόπεδόν τ' ἐρυθρᾶς ἱερὸν
χεῦμα θαλάσσης,
χαλκοκέραυνόν τε παρ' Ὠκεανῷ
λίμναν παντότροφον Αἰθιόπων,
ἵν' ὁ παντόπτας Ἥλιος ἀεὶ
χρῶτ' ἀθάνατον κάματόν θ' ἵππων
θερμαῖς ὕδατος
μαλακοῦ προχοαῖς ἀναπαύει.

Τῇ μὲν δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης
μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν. [12])

---

[12]) Fragmentum secundum ex Soluto Prometheo affert Strabo I, p. 33; primum et tertium Arrianus in Periplo Ponti Euxini c. 19 praemissis his verbis: *Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ τὸν Φᾶσιν ὅρον τῆς Εὐρώπης καὶ τῆς Ἀσίας ποιεῖ· λέγουσι γοῦν αὐτῷ οἱ Τιτᾶνες πρὸς τὸν Προμηθέα ὅτι Ἥκομεν κ. τ. λ.*, et interpositis his: *ἔπειτα καταλέγουσιν ὅσην χώραν ἐπῆλθον, Πῇ μὲν* (sic) *κ. τ. λ.* Eadem scripta fuerunt in Per. P. Eux. et Maeot. paludis p. 1, ubi nunc loci initium usque ad *σμοῦ τε πάθος* desideratur. Fragmentum tertium respicit Procopius Hist. Goth. IV, 6, p. 336, 11, cujus verba *εὐθὺς ἀρχόμενος τῆς τραγῳδίας* si urgenda sunt, haec fabula, ut Persae et Supplices, a chori anapaestis incipiebat. — Frgm. secundi v. 1 de ora maris purpurea accipiendum esse monuit Hermann coll. Uranii loco apud Steph. Byz. v. Ἐρυθρά. V. 3 *χαλκομάραυγον* susp. Hermann, *χιλιόκρουνον* Bothe. Fortasse *χαλκοστέροπον*, coll. *χαλκοῦ στεροπήν* Il. XI, 83.

Hos chori anapaestos excipiebant Promethei trimetri, quos Cicero latine reddidit.

Titanum suboles, socia nostri sanguinis,
generata Caelo, adspicite religatum asperis
vinctumque saxis, navem ut horrisono freto
noctem paventes timidi adnectunt navitae.
Saturnius me sic infixit Juppiter,
Jovisque numen Mulciberi adscivit manus.
hos ille cuneos fabrica crudeli inserens
perrupit artus: qua miser sollertia
transverberatus castrum hoc Furiarum incolo.
jam tertio me quoque funesto die
tristi advolatu aduncis lacerans unguibus
Jovis satelles pastu dilaniat fero.
tum jecure opimo farta et satiata affatim
clangorem fundit vastum, et sublime avolans
pinnata cauda nostrum adulat sanguinem.
quom vero adesum inflatu renovatum est jecur,
tum rursum taetros avida se ad pastus refert.
sic hanc custodem maesti cruciatus alo,
quae me perenni vivom foedat miseria.
namque, ut videtis, vinclis constrictus Jovis
arcere nequeo diram volucrem a pectore.
sic me ipse viduus pestes excipio anxias,
amore mortis terminum anquirens mali:
sed longe a leto numine aspellor Jovis,
atque haec vetusta saeclis glomerata horridis
luctifica clades nostro infixa est corpori,

e quo liquatae solis ardore excidunt
guttae quae saxa assidue instillant Caucasi.[13])

Patitur graviora illa quae Mercurius minatus erat supplicia. Animum jam molliorem malorumque diuturnitate fractum diceres,[14]) quamcuam etiam in fabula superstite passim querelas fundit. Sed sunt illae fortitudine temperatae: mortem, dolorum remedium, sibi negatam esse dicit v. 749 sq., neque tamen querebundus, sed ut Ionis mala suis leviora esse ostendat; alibi (v. 929. 1048) immortalitate fretus Jovis supplicia contemnit.

Deinde Telluris, quae per librariorum errorem

---

[13]) Cic. Tusc. II, 10. V. 14 extr. et v. 15 per errorem ut ex Attii Prometheo affert Nonius p. 17, 10; v. 13 Priscianus X, p. 907, v. 15 partem Arusianus Messus I, p. 216 Lindem. recte ut Ciceronis laudant, qui ipse testatur haec a se versa esse. — V. 2—4. Sic Hercules furens apud Euripidem v. 1094 dicitur *δεσμοῖς ναῦς ὅπως ὡρμισμένος* et Andromedam Perseus praedicat *παρθένον θεοῖς ὁμοίαν, ναῦν ὅπως ὡρμισμένην* apud Arist. Thesm. 1105, Euripidis versibus usum. — V. 6. *Βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ*, Prom. 616. — Cum v. 10 Photii et Suidae glossam *τρίτῳ φάει· τρίτῃ ἡμέρᾳ* composuit Nauck. — Ad v. 11 aut 17 Schütz et Hermann retulerunt Hesychii glossam *εἰσαφάσματα· εἰσπτήματα, ἀπὸ τοῦ εἰσαφιέναι, ἢ σπαράγματα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ λυομένῳ.* — V. 15 *adulat* sine dubio refert graecum *προσσαίνει.* — V. 27. 28 Hinc nata ferebantur venena 'quae fert opertis hieme perpetua jugis sparsus cruore Caucasus Promethei' Sen. Med. 709 sq. Apoll. Argon. III, 851 sqq. De Sophoclis Colchidibus supra in adnotatione prima dictum est.

[14]) Welcker, *Trilogie* p. 47. Patin, Etudes sur les tragiques grecs, I, p. 292.

inter Vincti personas recensetur, si quae in hac fabula partes fuerunt, quod valde incertum esse monuit Hermann, tamen quales fuerint non facile dixeris. Certiorem et illustriorem locum tenuit Hercules, clara illa Ioni promissa progenies, qui tertio decimo loco ex ataviae stirpe demissus, quum monstra immania domaret innumerisque homines beneficiis afficeret, etiam priscum generis humani servatorem Prometheum liberaturus erat, non invito, ut ait Hesiodus, Jove patre filii sui laudibus favente.[15]) Ab hoc non discessit Aeschylus, apud quem Prometheus malorum suorum finem pendere praedicat tum ex Parcae decreto, tum ex Jovis arbitrio.[16])

Ad fragmenta ut redeam, Herculi fortasse breviter narravit, se quoque bene de hominibus meritum esse, quo spectant trimetri Prometheo Aeschyleo a Plutarcho, non addito fabulae titulo, tributi[17])

Ἵππων ὄνων τ' ὀχεῖα καὶ ταύρων γονὰς
δοὺς ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδέκτορα.

Copiosius heroëm a Caucaso ad Hesperides pergentem iter per longinquos ignotosque terrae tractus edocuit, qui locus ex Aeschyli consuetudine ei loco, quo in tragoedia antecedente Ionis iter simile idemque di-

---

[15]) Hes. Theog. 529 sqq.

[16]) Prom. 260 et 511, qui loci non inter se pugnant. Etiam in Eumenidum exodo de novis Furiarum honoribus Jovem inter et Parcam convenit, Ζεὺς ὁ πανόπτας οὕτω Μοῖρά τε συγκατέβα.

[17]) Plut. de fortuna 3, p. 98 C. de soll. anim. 7, 6, p. 964 F. Porphyr. de abst. III, 18, p. 257. Cf. Prom. 464.

versum exponebatur, quasi per legem antitheticam respondet. Nam illic extremae orbis partes ad orientem vergentes, hic ultimae occidentis orae enarrantur; illic femina misera malorumque mole obruta, hic vir fortis omnium laborum victor terras peragrat. Itineris initia tendebant ad loca septentrionalia aquilone perflata, quem veteres ex montibus Rhipaeis prorumpere putabant, Scythiaeque populos quosdam hyperboreos, non inhospitales illos quos Io vitare jubetur fabulae superstitis versu 708, sed pravo vitae cultu non infectos aureique saeculi moribus gaudentes.

Εὐθεῖαν ἕρπε τήνδε· καὶ πρώτιστα μὲν
Βορεάδας ἥξεις πρὸς πνοάς, ἵν' εὐλαβοῦ
βρόμον καταιγίζοντα, μή σ' ἀναρπάσῃ
δυσχειμέρῳ πέμφιγι συστρέψας ἄφνω.[18])

Ἔπειτα δ' ἥξεις δῆμον ἐνδικώτατον
βροτῶν ἁπάντων καὶ φιλοξενώτατον,
Γαβίους, ἵν' οὔτ' ἄροτρον οὔτε γατόμος
τέμνει δίκελλ' ἄρουραν, ἀλλ' αὐτοσπόροι
γύαι φέρουσι βίοτον ἄφθονον βροτοῖς.

---

[18]) Haec Galenus comm. I ad Hippocr. Epidem. VI vol. V, p. 454 ed. Basil. per errorem ex Vincto Prometheo affert: nam in ea fabula quamquam non integer est locus de Ionis erroribus, tamen ei inseri nequeunt hi versus, quibus itineris cujusdam initium contineri manu demonstratum ex pronomine *τήνδε* bene collegit Schoemann. Quos his Galenus subjicit versus ad *Πυρκαΐα* referendos esse viderunt Conington et Nauck.

Ἀλλ' ἱππάκης βρωτῆρες εὔνομοι Σκύθαι.[19])
Tum etiam ad Istrum pervenit, quem Aeschylus ex Hyperboreorum gente montibusque Rhipaeis profluere tradidit.[20]) Deinde in Liguriam penetravit, ubi poëta Camporum Lapideorum, etiamnunc prope Arelates conspicuorum, originem exprompsit mythicam.

Ἥξεις δὲ Λιγύων εἰς ἀτάρβητον στρατόν·
ἔνθ' οὐ μάχης, σάφ' οἶδα, καὶ θοῦρός περ ὤν,
μέμψει· πέπρωται γάρ σε καὶ βέλη λιπεῖν
ἐνταῦθ'· ἑλέσθαι δ' οὔτιν' ἐκ γαίας λίθον
ἕξεις, ἐπεὶ πᾶς χῶρός ἐστι μαλθακός.
ἰδὼν δ' ἀμηχανοῦντά σ' ὁ Ζεὺς οἰκτερεῖ,
νεφέλην δ' ὑποσχὼν νιφάδι γογγύλων πέτρων
ὑπόσκιον θήσει χθόν', οἷς ἔπειτα σὺ
βαλὼν διώσει ῥαδίως Λίγυν στρατόν.

---

[19]) Horum fragmentorum prius exstat apud Steph. Byz. v. *Ἄβιοι*, respicitur a schol. et Eustath. ad Hom. Il. 13, 6: vocem *βροτῶν* v. 2 supplevit Hermann. Alterum fragmentum sine fabulae nomine laudat Strabo VII, p. 300. Ex hac fabula ut ductum credam Homerico potissimum loco adducor, quo *casei equini esores* cum Abiis Gabiisve junguntur, *ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν γλακτοφάγων Ἀβίων τε δικαιοτάτων ἀνθρώπων*. Hermannum movit Hippocratis locus mox afferendus. Ceterum cf. Eumen. v. 673 (703).

[20]) Schol. Apoll. Rhod. IV, 284. His confirmatur, fragmenta *Εὐθεῖαν ἕρπε* . . et *Ἀλλ' ἱππάκης* . . recte huc relata esse, coll. Hippocr. de aëre locis et aquis p. 291: *κεῖται γὰρ* (de Scythia loquitur) *ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἄρκτοις καὶ τοῖς ὄρεσι τοῖς Ῥιπαίοισιν, ὅθεν ὁ βορέης πνέει*, et ib. paullo ante: *αὐτοὶ δ' ἐσθίουσι κρέα ἑφθὰ καὶ πίνουσι γάλα ἵππων καὶ ἱππάκην τρώγουσι· τοῦτο δ' ἐστὶ τυρὸς ἵππων.*

Hunc laborem Hercules obiit, quum ad Hesperides proficisceretur, ut Strabonis testimonio accuratissimo constat, non quum a Geryonis insula rediret, quam fabulae formam vulgatam perperam Aeschylo tribuit Hyginus. Ne hoc quidem crediderim, quod ex Dionysii verbis infra adscriptis elici possit, Geryonem a poëta nostro cum Hesperidibus conjunctum fuisse.[21]) Hesperidum autem sedes sine dubio Aeschylus ad solis occasum constituit, quamquam nonnulli sibi persuaserunt eum eandem rationem, quae Appollodoro[22]) placuit, secutum ad Hyperboreos eas transtulisse. Hos satis refellit et Ligurum mentio et Atlas, qui ab Hesperidibus separari nequit, Promethei Vincti v. 351 locis vespertinis adscriptus.[23])

---

[21]) Strabo IV, p. 183 *φησὶ γοῦν Προμηθεὺς παρ' αὐτῷ* (i. e. Aeschylo), *καθηγούμενος Ἡρακλεῖ τῶν ὁδῶν τῶν ἀπὸ Καυκάσου πρὸς τὰς Ἑσπερίδας· Ἥξεις δὲ κ. τ. λ.* Dionys. Halic. Ant. Rom. I, 41 *δηλοῖ δὲ τὸν πόλεμον τόνδε* (bellum cum Liguribus) *τῶν ἀρχαίων ποιητῶν Αἰσχύλος ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ· πεποίηται γὰρ αὐτῷ ὁ Προμηθεὺς Ἡρακλεῖ τά τε ἄλλα προλέγων, ὡς ἕκαστον αὐτῷ τι συμβήσεσθαι ἔμελλε κατὰ τὴν ἐπὶ Γηρυόνην στρατείαν* (haec negligentius dicta sunt, non ad Aeschyli mentem, sed secundum eam fabulae formam quae tum obtinuerat quamque ipse Dionysius sequitur), *καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦ Λιγυστικοῦ πολέμου, ὡς οὐ ῥᾴδιος ὁ ἀγὼν ἔσται διηγούμενος· τὰ δὲ ποιήματα ὧδε ἔχει· Ἥξεις . . βέλη λιπεῖν.* Hyginum, sive potius Hygini breviatorem, Poet. Astr. II, 6, p. 437, non solum Herculis cum Liguribus pugnam, sed etiam catasterismum aliaque aliena ad Aeschylum auctorem referentem, ipsis poëtae verbis refelli monuit Schoemann in Promethei editione, p. 346.

[22]) Apollod. II, 5, 11.

[23]) In iis quae Strabonis l. l. praecedunt aliud Aeschyli frag-

Jam vero instabat tempus quo aquila ad infandas epulas redire solebat. Quam ut conspexit Hercules, invocato Apolline,

Ἀγρεὺς δ' Ἀπόλλων ὀρθὸν ἰθύνοι βέλος[24])

arcum intendit monstrumque telo confodit. Gratias agit Prometheus invisi patris filio carissimo

Ἐχθροῦ πατρός μοι τοῦτο φίλτατον τέκνον.[25])

Sed suppliciorum parte sublevatus etiam erga Jovem ipsum, qui hoc Herculis gloriae concesserat, paullo molliores animos cepit patefecitque periculum quod deorum regi imminebat : ex Thetide enim, cujus tum-

---

mentum latere statuit W. Teuffel, *Rhein. Mus.* VIII, p. 640. Non vidi disputationem viri doctissimi, sed eum respicere suspicor haec verba : *διαφερόντως δ' εἰς τὸ πεδίον τοῦτο τὸ μελαμβόρειον καταιγίζει πνεῦμα βίαιον καὶ φρικῶδες.* At vocabulum poëticum *καταιγίζειν* (v. *βρόμον καταιγίζοντα* in frg. supra allato) passim apud scriptores illius aevi legitur, Diodorum, Plutarchum, Strabonem ipsum p. 309; *μελαμβόρειον πνεῦμα* apud Josephum Bell. Jud. III, 9, 3. — Sine justa causa ad Herculis iter referri solent *Κυνοκέφαλοι, Στερνόφθαλμοι, Μονόμματοι,* quos Strabo I, p. 43 et VII, p. 299 ex Aeschylo refert. Nam interpolator, qui alteri loco adscripsit verba *ἐν τῷ Προμηθεῖ φασι,* hoc tantum significare videtur, *Μονομμάτους* fabulae superstitis v. 800 commemorari verbis *μουνῶπα στρατὸν Ἀριμασπόν.*

24) Plut. Amator. 14, 7, p. 757 D *ὁ δὲ Ἡρακλῆς ἕτερον θεὸν παρακαλεῖ μέλλων ἐπὶ τὸν ὄρνιν αἱρεσθαι τὸ τόξον, ὡς Αἰσχύλος φησίν· Ἀγρεὺς . . .*

25) Plut. Vita Pompeii init. *Πρὸς δὲ Πομπήϊον ἔοικε τοῦτο παθεῖν ὁ Ῥωμαίων δῆμος εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς, ὅπερ ὁ Αἰσχύλου Προμηθεὺς πρὸς τὸν Ἡρακλέα σωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ καὶ λέγων· Ἐχθροῦ . . .* Vocem *τοῦτο* suspectam habet Hermann.

maxime nuptias ille ambiebat, filius naturus erat patre major.[26]) Sic demum vinculis solutus est, ea quoque conditione, quam huic rei Mercurius constituerat, insperato casu impleta.[27]) Nam inventus est immortalis, qui pro Prometheo mortem obire sustineret, Chiron Centaurus, benignitate beneficiisque in homines collatis et ipse clarus. Hic ab imprudente Hercule sauciatus venenatae sagittae vulnere laborabat, neque aliam dolorum medelam quam mortem habebat. Quomodo singula poëta adornaverit, quid narratum, quid in scena actum sit, quae personae intervenerint ignoramus. Videntur tamen neque Chiron neque Jupiter ipse in conspectum prodiisse. Prometheus autem in vinculorum memoriam obedientiaeque significationem corona caput vinxit[28]), volensque volenti Jovi re-

---

[26]) De hac fabula vide ad v. 921 adnotata.

[27]) V. Prom. 1022 sqq. et Apollodorus II, 5, 4, 6 et 11, 12.

[28]) Athen. XV, p. 674 D. *Αἰσχύλος δ' ἐν τῷ λυομένῳ Προμηθεῖ σαφῶς φησιν ὅτι ἐπὶ τῇ τιμῇ τοῦ Προμηθέως τὸν στέφανον περιτίθεμεν τῇ κεφαλῇ, ἀντίποινα τοῦ ἐκείνου δεσμοῦ*, additque frg. Sphingis satyricae quod attulimus ad Septem, praef. p. XIX. V. Athen. II, 5, 11 et Hygin. Poet. Astr. II, 15, de Prometheo: *Nonnulli etiam coronam habuisse dixerunt, ut se victorem impune peccasse diceret* (legendum: *ut se . . ne diceret*). *Itaque homines in maxima laetitia victoriisque coronas habere instituerunt: id in exercitationibus et conviviis perspicere licet.* Fragmentum saxi inclusum ferro ac digito Promethei circumdatum, anulorum origo, apud eundem Pliniumque N. H. in prooem. l. 36 et l. 28, 1 et Servium ad Verg. Ecl. 6, alios auctores habere videtur.

conciliatus[29]) maximos honores recuperavit, qua occasione data Titanis apud Athenienses cultum sacraque memorata esse veri simile est.

Vides magnam rerum conversionem factam. Titanes olim Jupiter in Tartarum conjecerat, nunc vinculis solutos in lucem reducit; Prometheum acerbo supplicio excruciaverat, nunc in libertatem honoresque restituit; hominum genus aboliturus erat, hominum industriae et incrementis inviderat, nunc in hominum salutem genuit filium Herculem, compositoque deorum hominumque discidio in immortalium illum coetus recepturus est. Haec non ita inter se concilianda sunt, ut vel Promethei olim incepta indomitosque spiritus damnemus, vel Jovis nunc clementiam invito expressam esse statuamus, sed si qua esse videtur inter secundam tertiamque trilogiae fabulam repugnantia, hanc a poëtae consilio veterumque de dis opinione non alienam fuisse fateamur. Neque enim semper sunt sui similes immutabilesque Graecorum dii, sed nascuntur, adolescunt, bona malaque fortuna utuntur, pro re et tempore varios sumunt mores

---

29) Prom. 193 *εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει.* Cf. v. 510. — Praeterea exstant fragmenta minutissima haec. Eustath. p. 600, 43: *σχίσματα γάρ τινα καὶ οἱ θύσανοι, ὅθεν ἀρείθυσανοι κατὰ Παυσανίαν Ἄρεος θύσανοι, οἷον ἀποσχίσματα, παρ' Αἰσχύλῳ ἐν Προμηθεῖ λυομένῳ.* Cf. Hesych. vv. *ἀρθύσανοι* et *ἀρ(ε)ιθύσανοι.* Lobeck vocem exponit *ἀρειμανεῖς, Ἄρει κάτοχοι.* -- Antiatt. Bekkeri I, p. 116, 7. ***Χερσά***· *τὰ μὴ γεωργούμενα. Αἰσχύλος Προμηθεῖ.* Cf. *ἀνηρότους γύας* Prom. 704.

animosque. Jupiter, atroci bello ad regnum evectus, parentem ceterosque Titanes in Tartarum detrudit, Prometheum, antiquum deum qui in suas partes transierat, simulac consiliis suis occursare conatur, ut rebellem immiti poena castigat. Nam imperium, quod vi adeptus sis, vi tuearis oportet : sic res humanae administrantur, sic etiam divinae, ad humanarum illae imaginem expressae. In utrasque cadit Vulcani apud poëtam nostrum dictum

Ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ. [30])

Eandem necessitatem chorus praedicat :

Νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου·
νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει,
τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν ἀΐστοῖ.

Idem monet Oceanus :

Τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.

Hanc novi imperii saevitiam oculis subjiciunt novi regis ministri, Vis et Robur, atroces Stygis liberi, quorum vultus foedos immiteque ingenium eadem manu menteque qua Eumenidum personas Aeschylus delineavit. Longe ab his distat, qui in fabula insequenti patris jussa exsequitur, Hercules miserorum vindex, longeque aliis rationibus exercetur potestas diuturno usu confirmata sanctaque; ac sicut alias in unius fabulae decursu Furiarum mentem pro rerum

---

[30]) Prometh. 35. Non aliter de Thebanorum populo Sept. 1026 (1044) *τραχύς γε μέντοι δῆμος ἐκφυγὼν κακά.* — Versus sequentes sunt Prom. 149—151. 327.

mutatione mutari videmus, sic in diversis ejusdem trilogiae fabulis Jovis Prometheique mens mutabatur.[31])

Ab his certis manifestisque si licet progredi ad fabularum interpretationem dubiam multisque obscuritatibus involutam, dicam Jovis imperium vi partum saevitiaque primo munitum, lenitate clementiaque servari et in aeternum stabiliri ex poëtae sententia. Quod quum initium habuerit, sane etiam finem habere potest, nihilque impedit ne, qui duobus dominis tertius successerit, ipse quarto locum cedat. Sed hoc, ut evenire posset, tamen non eventurum esse veteres sibi persuaserant, qui quoties de periculis Jovi impendentibus loquuntur, ita loquuntur, ut eum illa pericula vitasse addant. Jam in Hesiodi Theogonia narratur, futurum fuisse ut a filio potentiore Jupiter imperio everteretur, nisi Metin, quam primam uxorem duxerat, gravidam alvo sua recondere maturasset[32]): qua fabula satis luculenter significatur, Metide, i. e. sapientia, in naturam suam recepta, Jovem *μητιέτην* nemini superabilem perpetuo regno vigere. Alia fabula sententiam non dissimilem Aeschylus expressisse videtur. Nam apud eum a capite imperioque suo ita pestem avertit deorum dominus, ut cum Themidis

[31]) Jovem Aeschyleum mutari breviter monuerat Dissen apud Welckerum, *Trilogie* p. 92. Rem probarunt longiusque persecuti sunt et alii et ipse Welcker, *Götterlehre* l. l., et J. Caesar in egregia dissertatione: *Der Prometheus des Aeschylus*, Marburg 1860.

[32]) Hes. Theogon. 886 sqq.

filio, cujus numen ex mentis prudentia animique fortitudine temperatum est, in gratiam redeat, postquam parentis olim ex imperii solio dejecti imprecationem [33]), vetere injuria reparata, expiavit.

Sed haec utcunque se habent, illud pro explorato pono, utrosque ab Aeschyli mente aberrare, vel qui Jovem detestabilis malitiae [34]), vel qui Prometheum nefariae seditionis insimulant. Jupiter regni habenas, prout ratio temporis postulat, modo adducit, modo remittit; Prometheus animi inter vincula et cruciatus invicti liberique est exemplar excelsum. Immortales autem dum certant, mortalium res agitur, atque hominum patrono hominum deorumque rectori reconciliato, ea quae hoc invito homines ab illo beneficia acceperant sanciuntur, et inter deos dominos hominesque illis subjectos, sed tamen libertate quadam gaudentes, quasi foedus jungitur.

---

[33]) Prometh. 906 sqq.

[34]) Hos optime refutavit Schoemann in Promethei editione variisque dissertationibus, nimis tamen ille in alteram partem inclinans.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ

ΔΕΣΜΩΤΗΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΚΡΑΤΟΣ ΚΑΙ ΒΙΑ.
ΗΦΑΙΣΤΟΣ.
ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.
ΧΟΡΟΣ ΩΚΕΑΝΙΔΩΝ.
ΩΚΕΑΝΟΣ.
ΙΩ Η ΙΝΑΧΟΥ.
ΕΡΜΗΣ.

κράτοσ καὶ βία· ἡφαιστοσ· χορὸσ ὠκεανίδων· προμηθεύσ· ὠκεανόσ· γῆ· ἡρακλῇσ· ἑρμῆσ· ἰὼ ἰνάχου M. *Γῆ* et *Ἡρακλῆς* an ex Soluti Promethei indice personarum fluxerint dubitatur.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Προμηθέως ἐν Σκυθίᾳ δεδεμένου διὰ τὸ κεκλοφέναι τὸ πῦρ πυνθάνεται Ἰὼ πλανωμένη ὅτι κατ' Αἴγυπτον γενομένη [1]) ἐκ τῆς ἐπαφήσεως τοῦ Διὸς τέξεται τὸν Ἔπαφον. [2]) Ἑρμῆς δὲ παράγεται ἀπειλῶν αὐτῷ κεραυνωθήσεσθαι, ἐὰν μὴ εἴπῃ τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι τῷ Διὶ, καὶ τέλος βροντῆς γενομένης ἀφανὴς γίνεται ὁ Προμηθεύς.

Κεῖται δὲ ἡ μυθοποιία ἐν παρεκβάσει παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Κολχίσι [3]), παρὰ δὲ Εὐριπίδῃ ὅλως οὐ κεῖται. ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Σκυθίᾳ ἐπὶ τὸ Καυκάσιον ὄρος [4])· ὁ δὲ χορὸς συνέστηκεν ἐξ Ὠκεανίδων νυμφῶν. τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτοῦ ἐστι Προμηθέως δέσις.

---

[1]) *κατ' αἴγυπτον γενομένη ὅτι* M.

[2]) Addere poterat quae in argumento recentiore his praemittuntur *καὶ ὅτι τις τῶν αὐτῆς ἀπογόνων λύσει αὐτόν*.

[3]) *κόλχοισ* M. Emendavit Brunck.

[4]) V. ad fabulae initium.

ΚΡΑΤΟΣ.

Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον,
Σκύθην ἐς οἶμον, ἄβροτον εἰς ἐρημίαν.

---

1 Ἰστέον ὡς οὐ κατὰ τὸν κοινὸν λόγον ἐν Καυκάσῳ φησὶ δεδέσθαι τὸν Προμηθέα, ἀλλὰ πρὸς τοῖς Εὐρωπαίοις τέρμασι τοῦ Ὠκεανοῦ, ὡς ἀπὸ τῶν πρὸς τὴν Ἰὼ λεγομένων ἐστὶ συμβαλεῖν schol. M. in Vita Aeschyli versus finem et infra ad v. 11. Caucaso obstant et quae non dicuntur: nam talia spectatorum divinationi relinqui nequeunt; et quae dicuntur: nam Io post longam migrationem ad Caucasum pergere jubetur, v. 703—715. Si ipsum poëtam sequimur, locupletissimum testem, Prometheus rupi affigitur in Scythiae desertis non longe a mari (89. 567. 1083), quod neque Pontum Euxinum neque paludem Maeoticam esse ex eodem Ionis itinere colligi potest. V. et alii et potissimum Schütz I, p. 9. Hermann I, p. 153. B. Fofs, *de loco in quo Prometheus vinctus sit*, Bonnae 1862. — Non fugit poëticae dictionis peritos χθονὸς τηλουρὸν πέδον dictum esse pro χθονὸς τηλουροῦ πέδον, neque voce χθονός hic terrarum orbem designari. V. ad 825 et ad Eumen. 292.

2 Libri ἄβατον et ἄβατόν τ' (sic M.) εἰς ἐρημίαν. Vocem raram ἄβροτον restitui jussit Porson ex scholiastis, Eustathio, Favorino ad Homericum νὺξ ἀβρότη Il. 14, 78; scholio ad Aristoph. Ran. 814 apud Suidam in v. ἐριβρεμέτας (ἄδροτον habet schol. Ar. V.), ubi hi sex versus afferuntur; Hesychii glossa huc referenda ἄβροτον· ἀπάνθρωπον. Adde testem etiam antiquiorem

Ἥφαιστε, σοὶ δὲ χρὴ μέλειν ἐπιστολὰς
ἅς σοι πατὴρ ἐφεῖτο, τόνδε πρὸς πέτραις
ὑψηλοκρήμνοις τὸν λεωργὸν ὀχμάσαι
ἀδαμαντίνων δεσμῶν ἐν ἀρρήκτοις πέδαις.
τὸ σὸν γὰρ ἄνθος, παντέχνου πυρὸς σέλας,
θνητοῖσι κλέψας ὤπασεν· τοιᾶσδέ τοι
ἁμαρτίας σφε δεῖ θεοῖς δοῦναι δίκην,
ὡς ἂν διδαχθῇ τὴν Διὸς τυραννίδα
στέργειν, φιλανθρώπου δὲ παύεσθαι τρόπου.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

Κράτος Βία τε, σφῷν μὲν ἐντολὴ Διὸς
ἔχει τέλος δὴ κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι·
ἐγὼ δ' ἄτολμός εἰμι συγγενῆ θεὸν

Sophoclem poëtam, qui in Philoctetae initio, Aeschylea grandiloquentia ad tenuiorem modum redacta, verbis *βροτοῖς ἄστιπτος οὐδ' οἰκουμένη* haec nostra quasi interpretatus est.

6 Sic schol. Aristoph. et Suidas ll. ll. *ἀδαμαντίναις πέδῃσιν ἐν ἀρρήκτοισ πέραισ* pr. *πέτραισ* sec. M., confusis interpretis et poëtae verbis, neque emendatiora libri ceteri.

13 Sic libri, nisi quod *ἐμποδῶν ἔτι* M. *ἐμποδὼν μάτην*, adscripto *ἔτι*, unus et alter. Pronomina *σφῷν* et *ἐγὼ* quum inter se opponantur, illud etiam ad *κοὐδὲν ἐμποδὼν ἔτι* referri necesse est, unde sententia efficitur talis : 'Vos Jovis mandata pro virili parte exsecuti estis neque (itinere peracto) quidquam amplius vobis obstat'. Hoc alterum sane supervacaneum esset, si ita pergeret : 'reliqua vero mihi curae erunt'; sed quum sibi misericordiam obstare dicat, oppositionis causa illud addit. Hermann scripsit *κοὐδὲν ἐμποδὼν ἄνῃ*, obscurius dictum pro 'neque ceteris perficiendis quidquam obstat'. Heimsoeth tentavit *ἐμποδὼν ἐμοί*, post quod non *ἐγὼ*, sed *αὐτὸς δ' ἄτολμός εἰμι* exspectatur.

14 Ut Robur et Vim, Stygis liberos, novi imperii ministros atroces, ex Theogonia 385 sqq. sumpsit, sic in delineando Vul-

δῆσαι βίᾳ φάραγγι πρὸς δυσχειμέρῳ.
πάντως δ' ἀνάγκη τῶνδέ μοι τόλμαν σχεθεῖν·
εὐωριάζειν γὰρ πατρὸς λόγους βαρύ.
Τῆς ὀρθοβούλου Θέμιδος αἰπυμῆτα παῖ,
ἄκοντά σ' ἄκων δυσλύτοις χαλκεύμασιν
προσπασσαλεύσω τῷδ' ἀπανθρώπῳ πάγῳ,
ἵν' οὔτε φωνὴν οὔτε του μορφὴν βροτῶν
ὄψει, σταθευτὸς δ' ἡλίου φοίβῃ φλογὶ
χροιᾶς ἀμείψεις ἄνθος· ἀσμένῳ δέ σοι
ἡ ποικιλείμων νὺξ ἀποκρύψει φάος,

---

cani molliore et cum Prometheo conjuncto animo fortasse id secutus est quod in Academia Prometheus et Vulcanus una colebantur et in basi quadam eorum effigies ad aram communem stantes expressae erant. V. Apollodorum apud schol. Soph. O. C. v. 56.

15. 16 τῆι, suprascripto πρός, δυσχειμέρωι M. Deinde σχέθειν libri. Corr. Elmsley.

17 Libri et schol. ἐξωριάζειν, quod tuetur Hermann. Sed hoc librariis debetur, qui non intellegerent genuinam scripturam εὐωριάζειν, quam restituit Porson, recepit Dindorf. Exstant autem εὔωρος, εὐωρεῖν, εὐωρία, hoc ipsum εὐωριάζειν (Hesychio interprete ὀλιγωρεῖν, μὴ ἔχειν φροντίδα, παρακούειν), nusquam leguntur ἔξωρος, ab ὥρα illud quidem deductum, ἐξωρεῖν, ἐξωρία, ἐξωριάζειν.

20 ἀπανθρώπωι τόπωι M. et Rob., quod frustra revocavit Dindorf. Ceterorum librorum scriptura πάγῳ non solum pulchrior, sed post verbum compositum προσπασσαλεύσω etiam necessaria videtur: neque enim ad loca deserta aut ad vincula, sed ad rupem Prometheus alligabitur. Cf. 272 τοῦδ' ἀγείτονος πάγου.

22 σταθευτός exponit schol. M. φλογιζόμενος (πεφλογισμένος ἠρέμα Hesychius). σταθεύειν γὰρ τὸ κατ' ὀλίγον ὀπτᾶν φασὶν Ἀττικοί.

πάχνην θ' ἑῴαν ἥλιος σκεδᾷ πάλιν·
ἀεὶ δὲ τοῦ παρόντος ἀχθηδὼν κακοῦ
τρύσει σ'· ὁ λωφήσων γὰρ οὐ πέφυκέ πω.
τοιαῦτ' ἐπηύρου τοῦ φιλανθρώπου τρόπου.
θεὸς θεῶν γὰρ οὐχ ὑποπτήσσων χόλον
βροτοῖσι τιμὰς ὤπασας πέρα δίκης.
ἀνθ' ὧν ἀτερπῆ τήνδε φρουρήσεις πέτραν
ὀρθοστάδην ἄϋπνος, οὐ κάμπτων γόνυ·
πολλοὺς δ' ὀδυρμοὺς καὶ γόους ἀνωφελεῖς
φθέγξει· Διὸς γὰρ δυσπαραίτητοι φρένες·
ἅπας δὲ τραχὺς ὅστις ἂν νέον κρατῇ.

ΚΡΑΤΟΣ.

Εἶεν, τί μέλλεις καὶ κατοικτίζει μάτην;
τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεὸν,
ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

τὸ συγγενές τοι δεινὸν ἥ θ' ὁμιλία.

ΚΡΑΤΟΣ.

σύμφημ'· ἀνηκουστεῖν δὲ τῶν πατρὸς λόγων
δεινόν γε πῶς οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;

---

27 *ὁ ποιήσων σε λωφῆσαι Ἡρακλῆς* schol. M., qui poëtae, non Vulcani mentem reddidit : hic enim his verbis nihil aliud quam poenae diuturnitatem vel aeternitatem significat.

28 Sic Elmsley, Dindorf. *ἐπηύρω* M. Hermann. *ἀπηύρω* vulgo.

35 *νεοκρατῇ* schol. M.

37 Kiehl (Aesch. spec. I, 51), 38 Ludwig (Zur Kritik des Aeschylos p. 26) ejiciendum censet, ut etiam haec Roboris dictio ad duos trimetros redigatur.

41 Legebatur *οἷόν τε πῶς; οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον;* At *οἷόν τε* hic locum non habet, et haec vocis *πῶς* sedes versu 261

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἀεί τε δὴ νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἄκος γὰρ οὐδὲν τόνδε θρηνεῖσθαι· σὺ δὲ
τὰ μηδὲν ὠφελοῦντα μὴ πόνει μάτην.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ὦ πολλὰ μισηθεῖσα χειρωναξία.

ΚΡΑΤΟΣ.

τί νιν στυγεῖς; πόνων γὰρ ὡς ἁπλῷ λόγῳ
τῶν νῦν παρόντων οὐδὲν αἰτία τέχνη.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἔμπας τις αὐτὴν ἄλλος ὤφελεν λαχεῖν.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἅπαντ' ἐπράχθη Ζηνὶ θεοῖσι κοιρανεῖν.
ἐλεύθερος γὰρ οὔτις ἐστὶ πλὴν Διός.

---

defendi nequit. Haec bene intellexit Hartung, non bene scripsit *ποῖόν τί; πῶς οὐ τοῦτο* . . . Quid requiratur, verbum *δειμαίνει* indicio est, quod aperte Vulcani verba respicit. Ille dixerat, cognationem et consuetudinem esse *δεινά*. Cui Robur respondet: Esto. At patri dicto non audientem esse, *δεινόν γε πῶς οὐ τοῦτο δειμαίνεις πλέον*; Sic demum, restituta acuminis Aeschylei vi et acerbitate, etiam Vulcani responsum intellegitur.

42 *ἀεί τε* M. et libri plerique. Frustra *ἀεί γε* edd. recc., Porsonum secuti, *ἀεὶ σὺ δὴ νηλὴς τε* Hartung. Eandem particulae conjunctivae trajectionem habes Sept. 403 *θεοῦ τε γὰρ θέλοντος . . καὶ μὴ θέλοντος*. V. Keck ad Aesch. Agamemnonem p. 387.

43 *τῶνδε* pr. M.

49 Libri *ἅπαντ' ἐπράχθη πλὴν θεοῖσι κοιρανεῖν*, i. e. *ἅπαντα θεοῖς ἐπράχθη πλὴν κοιρανεῖν*, quae quamquam nuper insperatum defensorem Heimsoethium nacta sunt, neque verba sic trajici

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἔγνωκα· τοῖσδέ γ' οὐδὲν ἀντειπεῖν ἔχω.

ΚΡΑΤΟΣ.

Οὔκουν ἐπείξει τῷδε δεσμὰ περιβαλεῖν,
ὥς μή σ' ἐλινύοντα προσδερχθῇ πατήρ;

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

καὶ δὴ πρόχειρα ψέλια δέρκεσθαι πάρα.

---

posse crediderim, neque sententia apta est : libertatem enim, non dominationem, dis negatam esse dicendum erat. Tentarunt ἐτάχθη, ἐκράνθη, ἐφράχθη, ἀπρακτεῖ, sed plurimis arrisit Stanleii conjectura ἐπαχθῆ, quam Hermann, Blomfield, Schoemann alii receperunt. Sed haec dolentis essent potius quam imperantis, et apud tragicos, ex Elmsleii observatione, saepe ἀχθεινός, nusquam ἐπαχθής legitur. Vitii sedem in voce πλήν esse puto, quae ex versu inferiore pro Ζηνί irrepsisse videtur. Hoc igitur dicit : *Jupiter perfecit ut omnia dis pro arbitrio imperaret : nemo enim liber est praeter Jovem.*

51 Olim τοῖσδε κοὐδέν. Bothe, Hermann, alii jungunt ἔγνωκα τοῖσδε, quod et alia incommoda habet et orationis ἦθος tollit. Reisig τοῖσδ' ἔτ', Meineke τοῖσδέ τ', Hartung τοῖσδέ γ'. Hoc praetuli : nam conjunctio melius abest et vox τοῖσδε pondus habet. Victus Vulcanus haec vera esse, his contradici non posse fatetur.

52 τῶνδε M. δεσμὰ τῷδε libri nonnulli, quem verborum ordinem maluit Hermann.

54 ψάλια M. et vulgo. ψέλια libri nonnulli, quod reposui. Neque enim vincula in universum, quae frena vocari poterant, neque collaria, sed brachiorum vincula, quasi armillas, eum dicere vv. 55—61 ostendunt. Ammonius de adf. vocab. diff. p. 149 Valck. : ψάλιον μὲν τὸ τοῦ ἵππου· ψέλιον δὲ τὸ ἄκροις βραχίοσι περιτιθέμενον κόσμιον.

ΚΡΑΤΟΣ.

βαλών νιν ἀμφὶ χερσὶν ἐγκρατεῖ σθένει
ῥαιστῆρι θεῖνε, πασσάλευε πρὸς πέτραις.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

περαίνεται δὴ κοὐ ματᾷ τοὔργον τόδε.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἄρασσε μᾶλλον, σφίγγε, μηδαμῇ χάλα.
δεινὸς γὰρ εὑρεῖν κἀξ ἀμηχάνων πόρους.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ἄραρεν ἥδε γ' ὠλένη δυσεκλύτως.

ΚΡΑΤΟΣ.

καὶ τήνδε νῦν πόρπασον ἀσφαλῶς, ἵνα
μάθῃ σοφιστὴς ὢν Διὸς νωθέστερος.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

πλὴν τοῦδ' ἂν οὐδεὶς ἐνδίκως μέμψαιτό μοι.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἀδαμαντίνου νῦν σφηνὸς αὐθάδη γνάθον
στέρνων διαμπὰξ πασσάλευ' ἐρρωμένως.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

αἰαῖ, Προμηθεῦ, σῶν ὕπερ στένω πόνων.

---

55 Libri *λαβών νιν*. Bene Stanley *βαλών νιν*, i. e. *τὰ ψέλια*, quam conjecturam probat Dind., recepit Hart.

59 *πόρον* libri. *πόρους* ex schol. Aristoph. Equ. 756, coll. Marcell. Vit. Thucyd. c. 5 et Dion. Halic. A. R. 7, 36, Porson, Dindorf.

60 *δυσεκβόλως* Heimsoeth codicis G. lectioni *δυσεκβλήτως* subesse putat.

66 Libri *ὑπερστένω*. Voces divisit Bothe ob sequentia.

ΚΡΑΤΟΣ.

Σὺ δ' αὖ κατοκνεῖς τῶν Διός τ' ἐχθρῶν ὕπερ
στένεις; ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ὁρᾷς θέαμα δυσθέατον ὄμμασιν.

ΚΡΑΤΟΣ.

ὁρῶ κυροῦντα τόνδε τῶν ἐπαξίων.
ἀλλ' ἀμφὶ πλευραῖς μασχαλιστῆρας βάλε.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

δρᾶν ταῦτ' ἀνάγκη, μηδὲν ἐγκέλευ' ἄγαν.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἦ μὴν κελεύσω κἀπιθωΰξω γε πρός.
χώρει κάτω, σκέλη δὲ κίρκωσον βίᾳ.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

καὶ δὴ πέπρακται τοὔργον οὐ μακρῷ πόνῳ.

ΚΡΑΤΟΣ.

ἐρρωμένως νῦν θεῖνε διατόρους πέδας·
ὡς οὑπιτιμητής γε τῶν ἔργων βαρύς.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

ὅμοια μορφῇ γλῶσσά σου γηρύεται.

---

70 *τῶνδε* M.

74 *διὰ τοῦ 'χώρει κάτω' τὸ μέγεθος ἐνέφηνε τοῦ δεσμευομένου θεοῦ* schol. M.

75 *χρόνῳ* Rob. et pauci codices.

76. 7 *διατόρους* schol. M. exponit *διατιτρωσκούσας ἢ διατετορευμένας*. Hoc probarunt Schütz et Hermann : nam compedes foramina habebant per quae clavi adacti eas saxis affigerent. — Mox *οὑπιτιμήσσε* pr. M.

78 *ὡς ἐκτραπέλου πεποιημένου τοῦ προσώπου αὐτοῦ* schol. M.

ΚΡΑΤΟΣ.

σὺ μαλθακίζου, τὴν δ' ἐμὴν αὐθαδίαν
ὀργῆς τε τραχύτητα μὴ 'πίπλησσέ μοι.

ΗΦΑΙΣΤΟΣ.

στείχωμεν· ὡς κώλοισιν ἀμφίβληστρ' ἔχει.

ΚΡΑΤΟΣ.

Ἐνταῦθα νῦν ὕβριζε καὶ θεῶν γέρα
συλῶν ἐφημέροισι προστίθει. τί σοι
οἷοί τε θνητοὶ τῶνδ' ἀπαντλῆσαι πόνων;
ψευδωνύμως σε δαίμονες Προμηθέα
καλοῦσιν· αὐτὸν γάρ σε δεῖ προμηθέως,
ὅτῳ τρόπῳ τῆσδ' ἐκκυλισθήσει τέχνης.

---

86. 7 Irrisionis acerbitatem minuit Elmsleii conjectura *προμηθίας*, temere ab Hartungo recepta; *ὅτῳ τρόπῳ* additur, quasi praecedat *τοῦ προμηθουμένου*. — Deinde *τέχνης*, quod habet M. cum libris plerisque, reduxerunt Well. et Herm., v. l. *τύχης* tuetur Dind. Ad verbum *ἐκκυλισθήσει*, quod rem oculis subjicit, unice convenit non fortunae, sed vinculorum notio, quae inest voci *τέχνης*, i. e. *τῶν δεσμῶν* (sch. M.), *τοῦ τεχνηέντως κατεσκευασμένου δεσμοῦ* (sch. P.)

1 sqq. Robur Vulcanum Jovis mandata exsequi jubet versibus duobus et quattuor, quibus addit versus quinque de Promethei delicto. Ad illa Vulcanus respondet versibus duobus et quattuor. Deinde (v. 18) idem ad Prometheum conversus supplicii saevitatem deplorat versibus tribus et quinque, quibus addit clausulam binariam, reique causas aperit versibus tribus et quinque. In priore systemate v. 7—11, in altero v. 26. 27 quasi mesodi locum obtinent. Sequitur diverbium inter Jovis satellitem et Vulcanum, illo aspere supplicium efflagitante trimetris binis (nisi quod a tribus versibus incipere videtur), hoc singulis trimetris jaciente animi dolorem male compressum, dum Prometheus omnes

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ὦ δῖος αἰθὴρ καὶ ταχύπτεροι πνοαί,
ποταμῶν τε πηγαὶ ποντίων τε κυμάτων
ἀνήριθμον γέλασμα, παμμῆτόρ τε γῆ,
καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ·
ἴδεσθέ μ᾽ οἷα πρὸς θεῶν πάσχω θεός.
Δέρχθηθ᾽ οἵαις αἰκίαισιν
διακναιόμενος

---

animi sensus atroci silentio premit. Hic locus quum constet quindecim utriusque personae dictionibus, Ribbeck (Qua arte Aesch. in Prom. fab. diverbia composuerit, p. 1 sqq.) et Ludwig l. l. intellexerunt tres partes aequales pausis post v. 51 et v. 66 paulo longioribus distingui. Et prima quidam pars, 36—51, reluctante Vulcano, sola verborum altercatione continetur; in sequentibus opus inter loquendum ita perficitur, ut 52—66 tantum brachia Promethei Vulcanus ad scopulum affigat, pectus cuneo perforare jussus ingemiscat et ab opere cesset, denique 67—81, peracta saevissima negotii parte, etiam reliqua promptius absolvat. Toti loco clausula superadditur Roboris misero irridentis versuum terniones duo.

88 διὸς M. δῖος Victorius.

90 Dicit maris laetam speciem (διάχυμα schol. M.) coruscis solis luminibus renidentis, non undarum murmura, quos Catullus 64, 273 resonantes cachinnos vocat. Sic Hom. Il. 19, 362 γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν χαλκοῦ ὑπὸ στεροπῆς, quem locum apte contulit Lechner (De Aeschyli studio Homerico p. 14). Sed mare potissimum tranquillum Graecis ridere videbatur, quod non solum poëtarum loci utriusque linguae testantur, sed ipsa nomina γαλήνη (γελόωσα γαλήνη Leonidas, Anth. Pal. 7, 668) et Γαλάτεια. — Deinde παμμήτωρ M.

93 αἰκίαισι M.

τὸν μυριετῆ χρόνον ἀθλεύσω.
τοιόνδ' ὁ νέος ταγὸς μακάρων
ἐξηῦρ' ἐπ' ἐμοὶ δεσμὸν ἀεικῆ.
φεῦ φεῦ, τὸ παρὸν τό τ' ἐπερχόμενον
πῆμα στενάχω, πῆ ποτε μόχθων
χρὴ τέρματα τῶνδ' ἐπιτεῖλαι.
Καίτοι τί φημι; πάντα προὐξεπίσταμαι
σκεθρῶς τὰ μέλλοντ' οὐδέ μοι ποταίνιον
πῆμ' οὐδὲν ἥξει. τὴν πεπρωμένην δὲ χρὴ
αἶσαν φέρειν ὡς ῥᾷστα, γιγνώσκονθ' ὅτι
τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος.
Ἀλλ' οὔτε σιγᾶν οὔτε μὴ σιγᾶν τύχας
οἷόν τέ μοι τάσδ' ἐστί. θνητοῖς γὰρ γέρα
πορὼν ἀνάγκαις ταῖσδ' ἐνέζευγμαι τάλας·
ναρθηκοπλήρωτον δὲ θηρῶμαι πυρὸς

---

95 Bene schol. *πολυετῆ· ἐν γὰρ τῷ πυρφόρῳ* (*τῷ λυομένῳ* suspicatur Welcker) *τρεῖς μυριάδας φησὶ δεδέσθαι αὐτόν.* Cf. Hyginus Poet. astr. II, 15. Etiam illo loco 'si Aeschylus *τρισμυρία ἔτη* dixit, videri potest usitata formula nihil nisi ingentem numerum significasse' Hermann.

98 *αἰαῖ* Hermann ex libris nonnullis. Eadem lectionis varietas v. 124 recurrit.

99 *ποῖ* M. et libri plerique. *πῆ* Turnebus. Haec pendere ab antecedentibus neque post *στενάχω* plene interpungendum esse monuit Hermann coll. v. 185.

102 *σκοθρῶς* pr. M.

109 *τὴν ἐν νάρθηκι θησαυρισθεῖσαν· παρόσον τῷ νάρθηκι ἐχρῶντο πρὸς τὰς ἐκζωπυρώσεις τοῦ πυρός* Hesychius, allato hoc versu ita ut bene in Aeschyli libris scriptus est et apud schol. Ambros. Hom. Od. 5, 490 ad verba *σπέρμα πυρός.* Praesens de

πηγὴν κλοπαίαν, ἣ διδάσκαλος τέχνης
πάσης βροτοῖς πέφηνε καὶ μέγας πόρος.
τοιῶνδε ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνω
ὑπαιθρίοις δεσμοῖσι προσπαρτὸς πέτρᾳ.

Ἆ ἆ, ἔα ἔα.
τίς ἀχώ, τίς ὀδμὰ προσέπτα μ' ἀφεγγής,
θεόσυτος, ἢ βρότειος, ἢ κεκραμένη;

---

rebus praeteritis usurpatur etiam v. 229 sqq. ὅπως . . καθέζετο, . . νέμει . . καὶ διεστοιχίζετο, 833 ᾖξας πρὸς . . κόλπον, ἀφ' οὗ . . χειμάζει, multisque aliis tragicorum locis.

112 Libri τοιάσδε, quod loco dissimili Choëph. 40 frustra tuetur Hermann. Recte τοιῶνδε Stanl. Dind. alii, coll. v. 8.

113 ὑπαιθρίοισ δεσμοῖσι πασσαλευμένοσ M. ὑπαίθριος et πασσαλευτός libri plerique. πασσαλευτὸς ὢν Turn. Optime Dindorf rarius vocabulum interpretamento cessisse intellexit. Sed, quod dedit, προσπεπασσαλευμένος quum alterum dativum requirere videatur (cf. ad v. 20) scripsi προσπαρτὸς πέτρᾳ, coll. v. 141. Quid ὑπαίθρια δεσμά injuriae addant, Prometheus dicet v. 158.

88—113 Promethei querelae in duas partes dividuntur. Prior constat trimetris quinque et colis anapaesticis octo ita dispositis ut bini terniones inter se respondentes binionem includant. Altera item incipit a quinque trimetris, pergitque ad trimetros octo ita dispositos ut bis ternos inter se respondentes sequatur clausula binaria. In tanta rerum similitudine vix dubitari potest quin non solum bini illi quiniones eodem metro decurrentes, sed etiam qui eos excipiunt versus octoni anapaestici et iambici inter se respondeant.

114 ἔα ἔα delet Dindorf, fortasse recte.

116 θεόσσυτοσ M. Corr. Stanley. Ad κεκραμένη schol. adscripsit ἡμιθέων.

ἵκετο τερμόνιον ἐπὶ πάγον
πόνων ἐμῶν θεωρὸς, ἢ τί δὴ θέλων;
Ὁρᾶτε δεσμώτην με δύσποτμον θεὸν,
τὸν Διὸς ἐχθρὸν, τὸν πᾶσι θεοῖς
δι' ἀπεχθείας ἐλθόνθ' ὁπόσοι
τὴν Διὸς αὐλὴν εἰσοιχνεῦσιν,
διὰ τὴν λίαν φιλότητα βροτῶν.
φεῦ φεῦ, τί ποτ' αὖ κινάθισμα κλύω
πέλας οἰωνῶν; αἰθὴρ δ' ἐλαφραῖς
πτερύγων ῥιπαῖς ὑποσυρίζει.
πᾶν μοι φοβερὸν τὸ προσέρπον.

ΧΟΡΟΣ.

Μηδὲν φοβηθῇς· φιλία γὰρ ἥδε τάξις στρ. ά.

---

117 Bene Heimsoeth, p. 307, librorum scripturam tuetur contra Dindorfii suspiciones *τίς* ante *ἵκετο* et versum trimetrum desiderantis. Jam enim Prometheus quaerit, non quis venerit, sed cur venerit; et numeri novae rei admirationem significant.

125 *ἐλαφρᾶσ*, supra scripto *ι*, M.

127 Timor non vanus (v. 1017), sed nunc quidem jucundissime deceptus.

114—127 chori adventum praenuntiant et comitantur. Interjectiones dochmiacas sequuntur versus bis bini, quorum secundus et quartus sunt iambici trimetri, primus tetrapodia bacchiaca, tertius ex dochmio et paeone compositus. Deinde alium trimetrum (119) sequuntur bis quaterni dimetri anapaestici, pausa intercedente inter quartum et quintum, quamquam ille (123) non est catalecticus. Utriusque systematis ea est structura ut versum quasi proodicum excipiat periodus in duas partes similes divisa.

128 Virginum chorus conspicitur, imo a spectatoribus quidem jam inde a versu 120 conspiciebatur, sublimis in curru alato,

πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις
προσέβα τόνδε πάγον, πατρῴας
μόγις παρειποῦσα φρένας·
κραιπνοφόροι δέ μ' ἔπεμψαν αὖραι.
κτύπου γὰρ ἀχὼ χάλυβος διῇξεν ἄντρων
μυχόν, ἐκ δ' ἔπληξέ μου τὰν θεμερῶπιν αἰδῶ·
σύθην δ' ἀπέδιλος ὄχῳ πτερωτῷ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Αἰαῖ αἰαῖ,
τῆς πολυτέκνου Τηθύος ἔκγονα
τοῦ περὶ πᾶσάν θ' εἱλισσομένου
χθόν' ἀκοιμήτῳ ῥεύματι πατρὸς,

---

qui ad Promethei anapaestorum percussiones subinde, quasi remigio alarum, procedit. Mire scholiastae, fortasse verbis *πτερύγων θοαῖς ἁμίλλαις* decepti, planissime dicta *ὄχῳ πτερωτῷ*, v. 135, et *κραιπνόσυτον θᾶκον*, v. 281, illud ad Oceanidum alas, hoc ad aërem referunt. — Hermann *ἇδε*.

134 *θεμερῶπιν* pr. *θερμερῶπιν* rec. et schol. M. cum libris plerisque. Huc spectat Hesychii glossa *θεμερῶπις· ἐρασμία αἰσχύνη*. Sed rectius idem *θεμερή* interpretatur *βεβαία, σεμνή, εὐσταθής* : nam sedatam modestamque pudoris speciem poëta dicit. Apte Bentley contulit Empedoclis versum (23 Mullach) sic emendatum : *Δῆρις δ' αἱματόεσσα καὶ Ἁρμονίη θεμερῶπις*.

135 Ad *ἀπέδιλος*, quo officiosa festinatio declaratur, bene schol. adscripsit Hesiodi verba *γείτονες ἄζωστοι ἔκιον*, Op. 343.

136 *αἶ* ter M. *αἶ* quater Par. B. Heath. *αἶ* vel *αἴ* bis libri plerique.

138 *τ' εἱλισσομένου* M. Corr. Turn.

139 Legebatur *ῥεύματι παῖδες πατρὸς Ὠκεανοῦ*. Deletis interpretamentis *παῖδες* et *Ὠκεανοῦ* orationis nitorem restituisse mihi videor.

δέρχθητ', ἐσίδεσθ' οἵῳ δεσμῷ
προσπαρτὸς ἐγὼ
τῆσδε φάραγγος σκοπέλοις ἐν ἄκροις
φρουρὰν ἄζηλον ὀχήσω.

ΧΟΡΟΣ.

Λεύσσω, Προμηθεῦ· φοβερὰ δ' ἐμοῖσιν ὄσσοις ἀντ. α.
ὁμίχλα προσῇξε πλήρης
δακρύων, σὸν δέμας εἰσιδοῦσαν
πέτρᾳ προσαυαινόμενον
ταῖσδ' ἀδαμαντοδέτοισι λύμαις.
νέοι γὰρ οἰακονόμοι κρατοῦσ' Ὀλύμπου·
νεοχμοῖς δὲ δὴ νόμοις Ζεὺς ἀθέτως κρατύνει,
τὰ πρὶν δὲ πελώρια νῦν ἀϊστοῖ.

---

141. 2 πρὸσ πατρὸσ τῆσδε φάραγγοσ M. προσπορπατὸσ, plerorumque librorum lectionem, adscr. manus saeculi XV. Bene γρ. προσπαρτός cod. Lips., melius Dindorf προσπαρτὸς ἐγώ. Pronomen ab interpretibus transpositum extat supra in librorum deteriorum scriptura ἐσίδεσθέ μ' οἵῳ δεσμῷ.

146. 7 εἰσίδουσα (solae litterae εισ a pr. manu) πέτραι (πέτραισ rec.) M. εἰσιδοῦσα, εἰσιδούσῃ, εἰσιδοῦσαι, εἰσιδοῦσι et πέτραις libri plerique. Vulgo εἰσιδούσᾳ, ingratum sequente πέτρᾳ (hoc enim praeferendum videtur). Dindorf εἰσιδοῦσιν, quod vereor ne a lyrica dictione abhorreat. Scripsi εἰσιδοῦσαν, quod suspicatus erat Hermann coll. Cho. 407 πέπαλται δ' αὖτέ μοι φίλον κέαρ τόνδε κλύουσαν οἶκτον.

148 ταῖσ ἀδαμαντοδέτοισ, hujus vocis initio a pr. m. suprascripto δ' α, M. Hoc Turnebus, illud Victorius correxit. τᾶδ' conj. Elmsley.

150 Libri ἀθέσμως. Hesychius ἀθέτως· ἀθέσμως, οὐ συγκατατεθειμένως. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ : unde hunc locum corrigendum esse vidit Bentley.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Εἰ γάρ μ' ὑπὸ γῆν
νέρθεν θ' Ἅιδου τοῦ νεκροδέγμονος
εἰς ἀπέραντον Τάρταρον ἧκεν,
δεσμοῖς ἀλύτοις ἀγρίως πελάσας,
ὡς μήτε θεῶν μήτε τις ἀνδρῶν
τοῖσδ' ἐγεγήθει.
νῦν δ' αἰθέριον κίνυγμ' ὁ τάλας
ἐχθροῖς ἐπίχαρτα πέπονθα.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'. *Τίς ὧδε τλησικάρδιος*
θεῶν, ὅτῳ τάδ' ἐπιχαρῆ;

---

153 Libri *νέρθεν τ' ἀΐδου*. Usitatam formam restituit Blomfield.

155 *Quandoquidem his indissolubilibus vinculis tam saeviter me constrinxit.* *ἀγρίοις* M. *ἀγρίως* libri et edd. plurimi. Ceterum poëtae obversabatur Homericum *κακῇς ὀδύνῃσι πελάζειν*, Il. 5, 766, ut v. 143 *ὀχέοντας ὀϊζύν* et similia.

156. 7 Libri *ὡς μήποτε* (Turn. *μήτε*) *θεὸς μήτε τις ἄλλος*, nisi quod *ανοσ*, i. e. *ἄνθρωπος*, pr. M., unde pendet egregia Dindorfii emendatio. Deinde *ἐπεγήθει* M. *ἐπεγεγήθει* libri multi. *ἐπέγηθεν* Dind. *ἐγεγήθει*, ut apud poëtam atticum (nam *γηθοσύνῃ φρενί*, Cho. 763, valde incertum est), scribendum monuit Elmsley, quod firmatur Hesychii glossa *ἐγεγήθει· ἔχαιρεν*, si quidem ea, ex Meinekii sententia, ad hunc locum spectat.

158 *κίνυγμα* libri et Eustath. ad Hom. Il. 4, 281 et passim. *κίνυγμα* (*κίλυγμα*, *κίρυγμα*) Hesychius. Illam scripturam, quam plerique editores receperunt, commendat Choëph. 190 *ὅπως διφροντις οὖσα μὴ 'κινυσσόμην* i. e. 'ne ancipiti cura suspensa sollicitarer', quamquam ibi *κηνυσσόμην* habent libri et Hesychius. Vox *κίνυγμα*, quam interpretantur *εἴδωλον*, nescio an primum significaverit id quod latini oscillum vocant.

τίς οὐ ξυνασχαλᾷ κακοῖς
τεοῖσι, δίχα γε Διός; ὁ δ' ἐπικότως ἀεὶ
θέμενος ἀστραφῆ νόον
δάμναται Οὐρανίαν
γένναν, οὐδὲ λή-
ξει, πρὶν ἂν ἢ κορέσῃ κέαρ, ἢ παλάμᾳ τινὶ τὰν
δυσάλωτον ἕλῃ τις ἀρχάν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ μὴν ἔτ' ἐμοῦ, καίπερ κρατεραῖς
ἐν γυιοπέδαις αἰκιζομένου,
χρείαν ἕξει μακάρων πρύτανις,
δεῖξαι τὸ νέον βούλευμ' ἀφ' ὅτου
σκῆπτρον τιμάς τ' ἀποσυλᾶται.

---

163 Sic bene M. et libri plerique. *δίχα γ' ἑνός* libri duo aut tres, unde Herm. *δίχα γοῦν ἑνός*, numeris minus elegantibus. Deinde *αἰεὶ* M.

164 Libri *ἄγναμπτον* et *ἄγναπτον*, quod quamquam Lechner l. l. Homerico *οὐδὲ νόημα γναμπτὸν ἐνὶ στήθεσσι*, Il. 24, 41, tuetur, tamen versus antitheticus indicio est bene Hermannum reposuisse *ἀστραφῆ*, vocabulum ab Hesychio e Sophocle allatum.

165 *οὐρανίαν* sive potius *Οὐρανίαν γένναν*, dictum ut *Τυνδαρέα θύγατερ* Agam. 83, *Ἀγαμεμνονίαν ἄλοχον* ib. 1447, recte interpretatur schol. M. *τὴν Τιτανικὴν, τὴν ἐξ Οὐρανοῦ*.

168. 9 *ἐτ' ἀπ'* (hoc in litura) *ἐμοῦ* et *γυοπέδαις* M.

171 Vulgo *ὑφ' ὅτου* et sic sec. M., sed prima *ἀφ' ὅτου*, quod recipiendum putavi. Neque enim inimicorum novas res molientium, sed ipsius Jovis imprudens consilium dicit, quod imperii ruina consecutura sit. Atque nescio an scribendum sit *τὸ κενὸν βούλευμ'*, ut *κενοφρόνων βουλευμάτων* v. 758.

καί μ' οὔτε μελιγλώσσοις πειθοῦς
ἐπαοιδαῖσιν
θέλξει, στερεάς τ' οὔποτ' ἀπειλὰς
πτήξας τόδ' ἐγὼ καταμηνύσω,
πρὶν ἂν ἐξ ἀγρίων δεσμῶν χαλάσῃ
ποινάς τε τίνειν
τῆσδ' αἰκίας ἐθελήσῃ.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. *Σὺ μὲν θρασύς τε καὶ πικραῖς*
δύαισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς,
ἄγαν δ' ἐλευθεροστομεῖς.
ἐμὰς δὲ φρένας ἐρέθισε διάτορος φόβος·
δέδια δ' ἀμφὶ σαῖς τύχαις,
πᾶ ποτε τῶνδε πόνων
χρή σε τέρμα κέλ-
σαντ' ἐσιδεῖν· ἀκίχητα γὰρ ἤθεα καὶ κέαρ ἀπα-
ράμυθον ἔχει Κρόνου παῖς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οἶδ' ὅτι τραχὺς καὶ παρ' ἑαυτῷ
τὸ δίκαιον ἔχων· ἔμπας ὀΐω

---

173 *οὔτοι* M. *οὔτι* libri plerique. Recte *οὔτε* Pors. Blomf. Herm.

178 *ποινὰσ τέ μοι τίνειν* M. Emendate Turnebus.

183—85 *ἠρέθισε* libri et Herm., *ἐρέθισε* Turn. Blomf. Deinde *δέδια γὰρ* libri, *δέδια δ'* Porson. *ὅπαι* M. *πᾷ* Turn.

185. 86. *ἀκίχητα· ἀκατάληπτα* Hesychius. *οὐ παράμυθον* M. barbare. *ἀπαράμυθον* libri nonnulli et edd. veteres.

187. 88 *τραχύσ τε καὶ* M. Emend. Turn. Deinde libri *ἔχων Ζεύς· ἀλλ' ἔμπας ὀΐω* vel *οἴω* (*ἰῶ* pr. M.) Temere editores

μαλακογνώμων ἔσται ποθ', ὅταν
ταύτῃ ῥαισθῇ * *
* * * *
* * * *
τὴν δ' ἀτέραμνον στορέσας ὀργὴν
εἰς ἀρθμὸν ἐμοὶ καὶ φιλότητα
σπεύδων σπεύδοντί ποθ' ἥξει.

ΧΟΡΟΣ.

Πάντ' ἐκκάλυψον καὶ γέγων' ἡμῖν λόγον,
ποίῳ λαβών σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάματι,
οὕτως ἀτίμως καὶ πικρῶς αἰκίζεται·
δίδαξον ἡμᾶς, εἴ τι μὴ βλάπτει λόγῳ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἀλγεινὰ μέν μοι καὶ λέγειν ἐστὶν τάδε,

οἴῳ delebant; de lacuna cogitabant Scholefield et Hermann. Verissime Heimsoeth voces Ζεὺς et ἀλλὰ interpretibus deberi monuit.

190 ῥωσθῇ, ut videtur, M. ταύτῃ, si ad ea refertur quae v. 170 dixerat Prometheus, valde obscurum est. Sed videntur nonnulla excidisse quibus illa iterum aliis verbis significabantur. Nam, quod Hermannus suspicatus est, pro certo habeo, apud Aeschylum anapaestica vel iambica strophis antistrophisque interposita versuum numero inter se respondere. Hoc in loco primum et secundum anapaestorum systema, quibus Prometheus mala sua deplorat, bis quaternis ordinibus constant; tertium et quartum, quibus malorum finem praedicit, quinos septenosque ordines habuisse videntur.

193 Verba καὶ φιλότητα ex interpretatione orta videri possint, quum vocem ἀρθμόν scholia exponant φιλίαν. Attamen ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι junguntur Hymn. Hom. in Merc. 524, cujus loci fortasse memor erat Aeschylus.

ἄλγος δὲ σιγᾶν, πανταχῆ δὲ δύσποτμα.
Ἐπεὶ τάχιστ' ἤρξαντο δαίμονες χόλου
στάσις τ' ἐν ἀλλήλοισιν ὠροθύνετο,
οἱ μὲν θέλοντες ἐκβαλεῖν ἕδρας Κρόνον,
ὡς Ζεὺς ἀνάσσοι δῆθεν, οἱ δὲ τοὔμπαλιν
σπεύδοντες ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν,
ἐνταῦθ' ἐγὼ τὰ λῷστα βουλεύων πιθεῖν
Τιτᾶνας, Οὐρανοῦ τε καὶ Χθονὸς τέκνα,
οὐκ ἠδυνήθην· αἱμύλας δὲ μηχανὰς
ἀτιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν
ᾤοντ' ἀμοχθὶ πρὸς βίαν τε δεσπόσειν.
ἐμοὶ δὲ μήτηρ οὐχ ἅπαξ μόνον Θέμις,
καὶ Γαῖα, πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία,

---

203 ἕδρησ M.

205 sine justa causa Nauck (Zeitschr. f. Alt. 1855, p. 111) pro interpolato habet. Non aliena est ab Aeschylo haec orationis abundantia, quum praesertim factionum aequalitas simili quodam verborum ambitu exprimenda esset; neque pro verbis ὡς Ζεὺς μήποτ' ἄρξειεν θεῶν talia potius 'ut Saturno regnum maneret' desiderabis, si, deleta virgula post σπεύδοντες, vocem τοὔμπαλιν adverbialiter accipias.

206 πείθειν pr. M.

211. 12 Eandem deam et Themin et Tellurem et aliis nominibus vocari ait, licet in Eumenidum principio ex vulgata opinione Themin Telluris filiam dicat. Operam perdiderunt viri docti (Jacobs, Schoemann, Cäsar, alii) qui hos locos ita conciliare conati sunt ut etiam hic duas deas diversas intellegendas esse statuerent. Quid enim fiet verbis πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, quae profecto longe aliam vim habent quam epitheton ornans πολυώνυμος? Fatendum est hic in unum numen conjungi deas quae alibi discernuntur quidem, sed tamen arcto cognationis vin-

τὸ μέλλον ᾗ κραίνοιτο προὐτεθεσπίκει,
ὡς οὐ κατ' ἰσχὺν οὐδὲ πρὸς τὸ καρτερὸν
χρείη, δόλῳ δὲ τοὺς ὑπερσχόντας κρατεῖν.
τοιαῦτ' ἐμοῦ λόγοισιν ἐξηγουμένου
οὐκ ἠξίωσαν οὐδὲ προσβλέψαι τὸ πᾶν.
κράτιστα δή μοι τῶν παρεστώτων τότε
ἐφαίνετ' εἶναι προσλαβόντα μητέρα
ἑκόνθ' ἑκόντι Ζηνὶ συμπαραστατεῖν.
ἐμαῖς δὲ βουλαῖς Ταρτάρου μελαμβαθὴς
κευθμὼν καλύπτει τὸν παλαιγενῆ Κρόνον
αὐτοῖσι συμμάχοισι. τοιάδ' ἐξ ἐμοῦ

---

culo copulantur. Quod si quaeras quid poëtam impulerit ut haec reconditiora et μυστικώτερα adderet (nam de interpolatione, quam Schütz suspicabatur, cogitari nequit), potuit moveri Hesiodi auctoritate apud quem Tellus futura praedicit bellumque administratur non Promethei Themidisque, sed Telluris consiliis, Γαίης φραδμοσύνῃσιν: Theog. 626 sqq. 464. 470 sqq. 494. Confer etiam 884 cum nostrae fabulae v. 440.

213 κρανοῖτο Elmsl. Dind., qua mutatione non opus esse videtur Hermanno. Praesens pro futuro, in vaticiniis potissimum, non raro usurpatur.

215 χρῆ· ἡ δολωι τουσ pr. χρεῖ' ἢ δόλωι δὲ τοὺσ rec. ὑπερέχοντασ M. χρείη Dawes. ὑπερσχόντασ Porson, ὑπερτέρους, quod scholiastae exponere solent ὑπερέχοντας, Hermann. Quidquid praefers, recte hic τοὺς δὲ δόλῳ ὑπ. jungendum esse monuit.

219 προσλαβόντι μητέρα M. schol. M. et libri plerique, quae si liceret interpretari 'matre in concilium adhibita', cum antecedentibus conjungi possent. Sed recte v. l. προσλαβόντα Brunck Schütz Herm. Dind. alii receperunt.

221 sqq. Suis consiliis Saturnum Saturnique socios adeo fractos esse dicit, ut in Tartarum conjici potuerint.

ὁ τῶν θεῶν τύραννος ὠφελημένος
κακαῖσι ποιναῖς ταῖσδέ μ' ἀντημείψατο.
ἔνεστι γάρ πως τοῦτο τῇ τυραννίδι
νόσημα, τοῖς φίλοισι μὴ πεποιθέναι.
Ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ', αἰτίαν καθ' ἥντινα
αἰκίζεταί με, τοῦτο δὴ σαφηνιῶ.
ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
καθέζετ', εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα
ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
ἀρχήν, βροτῶν δὲ τῶν ταλαιπώρων λόγον
οὐκ ἔσχεν οὐδέν', ἀλλ' ἀϊστώσας γένος
τὸ πᾶν ἔχρῃζεν ἄλλο φιτῦσαι νέον.
καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ.
ἐγὼ δ' ἐτόλμησ'· ἐξελυσάμην βροτοὺς

---

225 *ποιναῖσ* M. librique fere omnes. *τιμαῖς* e duobus tribusve Hermann. At *κακαῖσι ποιναῖς ἀμείβεσθαι* poëtice dictum est pro *κακαῖς χάρισιν ἀμείβεσθαι* : v. Suppl. 626 *εὐχὰς ἀγαθὰς ἀγαθῶν ποινάς*. Cho. 785 *παλίμποινα θέλων ἀμείψει*. V. l. *τιμαῖς* fortasse ex adscripta interpretatione *τιμωρίαις* orta. Deinde *ἐξημείψατο* vulgo, *ἀντημείψατο* e libris paucis Blomf. Dind.

228 *αἰτίην* M.

231 *δαίμοσι* M.

232 *διεστοιχίζετο* schol. M. exponit *διῄρει*, plenius Hesych. *διετίθετο ἐν στοίχῳ καὶ τάξει, διῄρει*· *imperii ordinem et dignitatum gradus definivit.*

236 *τοῖσιν*, ultima littera in litura, M. *τοισίδ'* maluerunt Elmsl. Blomf. Dind.

237 *δὲ τόλμησ'* M. Scripturam inter *δ' ἐτόλμησ'* et *δὲ τολμῇς*, i. e. *τολμήεις*, fluctuare refert schol., illud loquentis affectum exprimere (*μετὰ ἤθους*) recte adnotans. Deinde noli cum Schoe-

τὸ μὴ διαρραισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν.
τῷ τοι τοιαῖσδε πημοναῖσι κάμπτομαι,
πάσχειν μὲν ἀλγειναῖσιν, οἰκτραῖσιν δ' ἰδεῖν.
θνητοὺς δ' ἐν οἴκτῳ προθέμενος, τούτου τυχεῖν
οὐκ ἠξιώθην αὐτός, ἀλλὰ νηλεῶς
ὧδ' ἐρρύθμισμαι, Ζηνὶ δυσκλεὴς θέα.

ΧΟΡΟΣ.

Σιδηρόφρων τε κἀκ πέτρας εἰργασμένος

---

manno et Hartungo praeferre v. l. ἐξερυσάμην, vel ob non duplicatum ρ̄ suspectam. ἐκλύειν vel ἐκλύεσθαι quum soleat dici is qui malo praesenti liberat, nihil impedit quominus ad malum instans decretumque transferatur. Sic Eurip. Androm. 818 θανάτου νιν ἐκλύσασθε. — Homines Promethei opera ab internecione servatos nemo praeter Aeschylum tradidit. Neque tamen adeo dissimilis est fabula qua Deucalion eodem auctore navigium construxisse genusque humanum propagasse fertur.

238. 9 Bene τὸ μὴ M. Dind. τοῦ μὴ vulgo. Deinde τῶ ταῖσ pr. τῶ τοι sec. et schol. M.

241. 42 τούτου est generis neutrius. Deinde libri ἀλλ' ἀνηλεῶς. Formam epicam tragicamque νηλεῶς restituendam monuit Elmsley.

195—243 Chori trimetri quattuor praemittuntur Promethei dictioni bipartitae: nam primum, res ab initio repetens, deorum seditionem suaque in Jovem beneficia enarrat; tum demum ad ea quae Oceanides sciscitatae erant (ὃ δ' οὖν ἐρωτᾶτ' 228), Jovis in se iras et supplicii causas transit. In priore systemate, post exordium versuum duorum, narratio procedit bis binis quinionibus, absolvitur quinione alio (221—25), superaddita clausula duorum versuum. Alterum systema constat duabus periodis octonariis, quae quum e binis ternionibus et binione sint compositae in hunc modum: 2, 3, 3. 3, 2, 3., biniones (228. 29 et 239. 40) locis quidem diversis inseruntur, sed rebus accuratissime inter se respondent, fere ut supra vidimus in Promethei soliloquio.

ὅστις, Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ συνασχαλᾷ
μόχθοις· ἐγὼ γὰρ οὔτ' ἂν εἰσιδεῖν τάδε
ἔχρῃζον εἰσιδοῦσά τ' ἠλγύνθην κέαρ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

καὶ μὴν φίλοις ἐλεινὸς εἰσορᾶν ἐγώ.

ΧΟΡΟΣ.

μή πού τι προὔβης τῶνδε καὶ περαιτέρω;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

θνητούς γ' ἔπαυσα μὴ προδέρκεσθαι μόρον.

ΧΟΡΟΣ.

τὸ ποῖον εὑρὼν τῆσδε φάρμακον νόσου;

---

247 ἀλγύνθην M.

248 Libri φίλοις (nonnulli φίλοισιν) ἐλεεινὸς. Porson φίλοις ἐλεινὸς. Hermann φίλοισιν οἰκτρὸς, quam vocem Hesychius ἐλεεινὸς interpretatur. Optio difficilis.

250 Libri ἔπαυσα, τ' ἔπαυσα (sic M.), γ' ἔπαυσα. Hoc Porson probavit, γε παύσας Herm., quo recepto etiam 252 cum Boissonado et Hartungo κατοικίσας scribendum. Deinde προσδέρκεσθαι ante rasuram M. (lapsu librariis familiari), unde Keck eleganter conjecit προσόσσεσθαι, quod verbum Homericum (κραδίη προτιόσσετ' ὄλεθρον· θάνατον προτιόσσετο θυμός.) sane hic aptissimum esset. Neque enim fatalis horae cognitionem, ut apud Platonem Gorg. p. 523 D, mortalibus eripuit Prometheus Aeschyleus, quae cognitio non cadit in brutos illos homines, quales infra describentur; sed caecas spes animis inserendo removit semper obversantem mortis imaginem (ἐποίησα τοὺς ἀνθρώπους μὴ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν τὸν θάνατον sch. A), quo beneficio genus humanum, ab internecione quidem servatum sed inertia torpens, ad agendum erexit, deinde igne communicato agendi vias et rationes aperuit. At hoc ut Aeschylus dicat, mutatione non opus esse puto, quum δέρκεσθαι ita ab ὁρᾶν differat, ut huic videndi, illi intuendi, oculos in rem convertendi vis insit.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τυφλὰς ἐν αὐτοῖς ἐλπίδας κατῴκισα.

ΧΟΡΟΣ.

μέγ' ὠφέλημα τοῦτ' ἐδωρήσω βροτοῖς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

πρὸς τοῖσδε μέντοι πῦρ ἐγώ σφιν ὤπασα.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ νῦν φλογωπὸν φῶς ἔχουσ' ἐφήμεροι;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἀφ' οὗ γε πολλὰς ἐκμαθήσονται τέχνας.

ΧΟΡΟΣ.

τοιοῖσδε δή σε Ζεὺς ἐπ' αἰτιάμασιν

---

252 Non fugit interpretes poëtam pulchre variasse Hesiodeam fabulam de spe in Pandorae cado remanente.

254 Ad chori verba *μέγ' ὠφέλημα τοῦτο* respondet Prometheus, se alterum beneficium addidisse etiam majus, quod voce *μέντοι* significatur.

255 Libri *φλογωπὸν πῦρ*. Iteratum *πῦρ* interpreti deberi reponendumque *φῶς*, coll. Sept. 25, monuit Meineke (Philol. 19, p. 231). Simile mendum Sept. 573 (587) sustulit Ritschl. Addam locum nondum emendatum Suppl. 508. 9 :

ΒΑ. *λευρὸν κατ' ἄλσος νῦν ἐπιστρέφου τόδε.*

ΧΟ. *καὶ πῶς βέβηλον ἄλσος ἂν ῥύοιτό με;*

Ibi verae scripturae vestigium exstat in M. particula *ἂν* a pr. manu, ut debebat, post *βέβηλον* posita. Legendum est *καὶ πῶς βέβηλος ἂν τόπος ῥύοιτό με;* Item Pers. 236, ubi post *ἀνδροπλήθεια στρατοῦ* infertur *καὶ στρατὸς τοιοῦτος*, etiam alias ob causas scribendum puto : *λαὸς οὖν τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ δὴ Μήδους κακά.*

257—59 choro continuabantur. Stichomythiam restituendam esse vidit Welcker (Trilogie p. 62, Nachtrag p. 69), probarunt Schoemann Ribbeck Ludwig.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

αἰκίζεταί τε κοὐδαμῇ χαλᾷ κακῶν.

ΧΟΡΟΣ.

οὐδ' ἔστιν ἄθλου τέρμα σοι προκείμενον;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οὐκ ἄλλο γ' οὐδὲν, πλὴν ὅταν κείνῳ δοκῇ.

ΧΟΡΟΣ.

Δόξει δὲ πῶς; τίς ἐλπίς; οὐχ ὁρᾷς ὅτι
ἥμαρτες; ὡς δ' ἥμαρτες οὔτ' ἐμοὶ λέγειν
καθ' ἡδονὴν σοί τ' ἄλγος. ἀλλὰ ταῦτα μὲν
μεθῶμεν, ἄθλου δ' ἔκλυσιν ζήτει τινά.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἐλαφρὸν ὅστις πημάτων ἔξω πόδα
ἔχει παραινεῖν νουθετεῖν τε τὸν κακῶς
πράσσοντ'. ἐγὼ δὲ ταῦθ' ἅπαντ' ἠπιστάμην.
ἑκὼν ἑκὼν ἥμαρτον, οὐκ ἀρνήσομαι·
θνητοῖς ἀρήγων αὐτὸς ηὑρόμην πόνους.

---

262 verbo ἁμαρτάνειν non culpa delictumve innuitur, sed error majora quam pro viribus suscipientis et incepto cadentis. Hoc et sententiarum nexus ostendit et v. 268, ubi Prometheus per generosam ironiam eodem verbo utens se volentem scientemque errasse fatetur. V. quae optime de his versibus disputavit Caesar Philol. 13, 609.

265 Non assentior Heimsoethio πημάτων in πραγμάτων mutanti coll. loco dissimili Eur. Heracl. 109.

266. 67 Libri τοὺς κακῶς πράσσοντας. Emend. Stanley.

269 Vulgo θνητοῖς δ' ἀρήγων. Particulam bene omittunt M. Rob. Elmsl. Blomf. Est enim hic versus explicatio praecedentis. Rem manifestam Hermannus non negasset, si attendisset ad eam, de qua supra diximus, verbi ἥμαρτον significationem.

οὐ μήν τι ποιναῖς γ' ᾠόμην τοίαισί με
κατισχνανεῖσθαι πρὸς πέτραις πεδαρσίοις,
τυχόντ' ἐρήμου τοῦδ' ἀγείτονος πάγου.
καί τοι τὰ μὲν παρόντα μὴ δύρεσθ' ἄχη,
πέδοι δὲ βᾶσαι τὰς προσερπούσας τύχας
ἀκούσαθ', ὡς μάθητε διὰ τέλους τὸ πᾶν.
πίθεσθέ μοι, πίθεσθε, συμπονήσατε
τῷ νῦν μογοῦντι. ταὐτά τοι πλανωμένη
πρὸς ἄλλοτ' ἄλλον πημονὴ προσιζάνει.

---

270 Speciose *ποιναῖς ᾠόμην τοίαισί γε* et v. 272 *τυχὼν* Kiehl, Hartung. Vide tamen Plato Rep. III, p. 400 B. ibique interpretes.

273 sqq. Libri fere *καί μοι*. Recte *καίτοι* Rob. Blomf. Herm. Non praetereunda bona veteris interpretis observatio : *βούλεται γὰρ στῆσαι τὸν χορὸν, ὅπως τὸ στάσιμον ᾄδῃ.* Eodem spectat schol. ad v. 287, quod suo loco adscripsimus. Ceterum bene Hermannus : 'Ne hujus promissi oblivisci videatur Prometheus, qui v. 522 sqq. se futura celare affirmat, tenendum est eum illa in mente habere, quae de liberatore suo dicturus est'.

276 Bis *πείθεσθε* libri. Corr. Elmsley.

277. 8 *ταυτάτοι* pr. *ταὐτά τοι* sec. M. *πρὸσ ἄλλοτ' ἄλλον* M. et scholion M. alterum, *ἄλλο* scholion prius, absurdum illud, et libri nonnulli. *Pariter* (sine discrimine) *oberrans alii alias calamitas assidet.* Malim *πυκνά τοι* vel *πανταχοῖ πλανωμένη.*

244—78 duo systemata itidem, ut superius, a chori trimetris quaternis incipientia. Priorem quaternionem excipit diverbium stichomythicum, in quo post praemissum versum 248 ter quaternis versibus Promethei duplex in homines beneficium et saevum supplicium exponuntur. (Versu 253 aditum ad sequentia parari supra monui.) Alterum quaternionem sequuntur Promethei versus tres, duo, tres, addita clausula bis ternaria.

ΧΟΡΟΣ.

Οὐκ ἀκούσαις ἐπεθώϋξας
τοῦτο, Προμηθεῦ.
καὶ νῦν ἐλαφρῷ ποδὶ κραιπνόσυτον
θᾶκον προλιποῦσ'
αἰθέρα θ' ἁγνὸν πόρον οἰωνῶν,
ὀκριοέσσῃ χθονὶ τῇδε πελῶ,
τοὺς σοὺς δὲ πόνους
χρῄζω διὰ παντὸς ἀκοῦσαι.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ἥκω δολιχῆς τέρμα κελεύθου

---

279 Scholion ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν κυνηγῶν, male ad ἐλαφρῷ ποδί relatum, pertinet ad ἐπεθώϋξας, verbum huic fabulae fere peculiare. Nam quinquies in ea legitur vel hoc compositum vel simplex θωΰσσειν, semel tantum (Agam. 848) in cunctis reliquis fabulis. Sic etiam χαλᾶν et ἐπιχαλᾶν sexies in Prometheo exstant, bis in Orestia.

281. 82 κραιπνόσσυτον θάκον M.

287 Bene schol. M.: καιρὸν δίδωσι τῷ χορῷ καθήκασθαι τῆς μηχανῆς Ὠκεανὸς ἐλθών. ὑπερβολῇ δὲ ἐχρήσατο, ὅπου γε Ὅμηρος οὐκ εἰσήγαγεν Ὠκεανὸν εἰς τὸν σύλλογον τῶν θεῶν. ἐπὶ γρυπὸς δὲ τετρασκελοῦς ὀχεῖται. Illa spectant ad Il. 20, 7: οὔτε τις οὖν Ποταμῶν ἀπέην, νόσφ' Ὠκεανοῖο. Audaciam Aeschyli deum antiquissimum et a flumine suo vix separandum in scenam introducentis iterum tangit vetus interpres ad v. 396: ἄτοπον ἦν τὴν πάντων γένεσιν (Homerus enim Oceanum θεῶν γένεσιν vocat et ὅσπερ γένεσις πάντεσσι τέτυκται, Il. 14, 201. 246) χρονίζειν ἐπὶ τῆς κινήσεως, εἰ (legendum: ἐπὶ τῆς σκηνῆς, ὡς ἂν εἰ) καί τις Ἥλιον εἰσαγαγὼν ἐπὶ πολὺ τὸν κόσμον ἀνήλιον εἴασε. δεῖ οὖν μεμετρημένως τὰ τοιαῦτα ποιεῖσθαι. Rei novitatem poëta ipse innuere videtur v. 301 sqq., ubi iis, quae ex elementi natura fluxerant, utitur ad notandos personae mores otio quietique deditae neque facile rerum gerendarum molestiis se implicantis.

διαμειψάμενος πρὸς σέ, Προμηθεῦ,
τὸν πτερυγωκῆ τόνδ' οἰωνὸν
γνώμῃ στομίων ἄτερ εὐθύνων.
ταῖς σαῖς δὲ τύχαις, ἴσθι, συναλγῶ·
τό τε γάρ με, δοκῶ, συγγενὲς οὕτως
ἐσαναγκάζει, χωρίς τε γένους
οὐκ ἔστιν ὅτῳ
μείζονα μοῖραν νείμαιμ' ἢ σοί.
γνώσει δὲ τάδ' ὡς ἔτυμ', οὐδὲ μάτην
χαριτογλωσσεῖν ἔνι μοι· φέρε γὰρ
σήμαιν' ὅ τι χρή σοι συμπράσσειν·
οὐ γάρ ποτ' ἐρεῖς ὡς Ὠκεανοῦ
φίλος ἐστὶ βεβαιότερός σοι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἔα, τί χρῆμα; καὶ σὺ δὴ πόνων ἐμῶν
ἥκεις ἐπόπτης; πῶς ἐτόλμησας, λιπὼν
ἐπώνυμόν τε ῥεῦμα καὶ πετρηρεφῆ
αὐτόκτιτ' ἄντρα, τὴν σιδηρομήτορα
ἐλθεῖν ἐς αἶαν; ἢ θεωρήσων τύχας

---

297. 98 Ante *χαριτογλωσσεῖν* M. habet *σὲ τὸ*, alii libri *σὲ* aut *σοὶ*, quae voces non leguntur apud Athenaeum hos versus afferentem IV, 165 C. Deinde libri *συμπράττειν*. Corr. Brunck.

279—300 duo systemata anapaestica non paria, sed similia. Nam dum Oceanus accedit, coryphaeus ordines recitat duos, tres, tres; dum choreutae e machina in orchestram descendunt, Oceanus pronuntiat cola quattuor, quinque, quinque.

301 Dindorf, interjectione extra versum posita, *τί χρῆμα λεύσσω* scribit, coll. Choëph. 10.

305 *ῆ* pr. *ἦ* sec. M. Hoc merito praetulerunt Schoemann et Hartung: sic enim loquuntur Graeci.

ἐμὰς ἀφῖξαι καὶ συνασχαλῶν κακοῖς;
δέρκου θέαμα, τόνδε τὸν Διὸς φίλον,
τὸν συγκαταστήσαντα τὴν τυραννίδα,
οἵαις ὑπ' αὐτοῦ πημοναῖσι κάμπτομαι.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Ὁρῶ, Προμηθεῦ, καὶ παραινέσαι γέ σοι
θέλω τὰ λῷστα, καίπερ ὄντι ποικίλῳ.
γίγνωσκε σαυτὸν καὶ μεθάρμοσαι τρόπους
νέους· νέος γὰρ καὶ τύραννος ἐν θεοῖς.
εἰ δ' ὧδε τραχεῖς καὶ τεθηγμένους λόγους
ῥίψεις, τάχ' ἄν σου καὶ μακρὰν ἀνωτέρω
θακῶν κλύοι Ζεύς, ὥστε σοι τὸν νῦν χόλον
παρόντα μόχθων παιδιὰν εἶναι δοκεῖν.
Ἀλλ', ὦ ταλαίπωρ', ἃς ἔχεις ὀργὰς ἄφες,

---

307 *θέαμα* acerbe dictum est pro spectaculo novo, spectatu digno. Cf. Plut. Agis c. 14 *θέαμα τοῖς πόλεσιν ἦσαν*. Meinekii conjectura *δέρκου, θέασαι* (Philol. XIX, p. 231) imprudenti excidisse videtur viro summo.

312 *γνῶθι σαυτὸν, ὡς ὁ ποιητής 'Φράζεο Τυδείδη καὶ χάζεο* (Il. 5, 440)'. *γνῶθι σεαυτὸν ὅτι ἥττων εἶ τοῦ Διός* schol. M.

316. 17 Libri *τὸν νῦν χόλον παρόντα μόχθων*, nonnulli *μόχθον*. Interpretandi artibus abutuntur qui *χόλον μόχθων* aut *μόχθων παιδιὰν* jungi volunt. Doederlini conjecturam *ὄχλον* probarunt Dind., Hart., Wieseler, Heimsoeth. At *ὄχλος*, i. e. *ὄχλησις*, molestia, minime convenit ad hujus supplicii saevitatem. Praestat *πολὺν παρόντα μόχθον*, quod proposuit M. Haupt (in indice lectt. Berol. 1860/61), assentiente Meinekio. Sed tamen *πολὺν* in *πολλόν* idque in *χόλον* abiisse non crediderim, et oppositum *παιδιάν* aliud quid requirere puto. Poëta dedit, nisi fallor, *πικρόν*, quod epitheton quum nomen *χόλον* vocare videretur, v. l. *τὸν νῦν πικρὸν χόλον παρόντα* confusa cum genuina scriptura *τὸν νῦν πικρὸν παρόντα μόχθον* vulgatam gignere poterat.

ζήτει δὲ τῶνδε πημάτων ἀπαλλαγάς.
ἀρχαῖ' ἴσως σοι φαίνομαι λέγειν τάδε·
τοιαῦτα μέντοι τῆς ἄγαν ὑψηγόρου
γλώσσης, Προμηθεῦ, τἀπίχειρα γίγνεται.
σὺ δ' οὐδέπω ταπεινὸς οὐδ' εἴκεις κακοῖς,
πρὸς τοῖς παροῦσι δ' ἄλλα προσλαβεῖν θέλεις.
οὔκουν ἔμοιγε χρώμενος διδασκάλῳ
πρὸς κέντρα κῶλον ἐκτενεῖς, ὁρῶν ὅτι
τραχὺς μόναρχος οὐδ' ὑπεύθυνος κρατεῖ.
Καὶ νῦν ἐγὼ μὲν εἶμι καὶ πειράσομαι
ἐὰν δύνωμαι τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων·
σὺ δ' ἡσύχαζε μηδ' ἄγαν λαβροστόμει.
ἢ οὐκ οἶσθ', ἀκριβῶς ὢν περισσόφρων, ὅτι
γλώσσῃ ματαίᾳ ζημία προστρίβεται;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ζηλῶ σ' ὁθούνεκ' ἐκτὸς αἰτίας κυρεῖς,
πόνων μετασχεῖν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί.

---

320 ἴσωσοι pr. M.

330 Paullo secus μύθοις λαβρεύεαι, λαβραγόρην ἔμεναι Hom. Il. 23, 478 sq.

331 ἀκριβῶς non cum οἶσθα sed cum περισσόφρων jungendum esse scite monuit Meineke, Philol. XX, p. 49. Sic ἦθος habebunt haec verba, quae non sine leni quadam ironia dicta sunt. Cf. τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον v. 940.

334 Libri et editiones πάντων μετασχὼν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί. Planius erat συντετολμηκώς τ' ἐμοί. Sed mitto verborum scabritiem, quum res offensiones habeant gravissimas. Quis enim unquam fando audivit Oceanum omnium Promethei consiliorum participem et audacium facinorum socium fuisse? Hoc enim sonat post πάντων μετασχὼν additum τετολμηκώς. Minime haec cadunt in senem cautum et circumspectum, deorum non solum

καὶ νῦν ἔασον μηδέ σοι μελησάτω.

---

discordiis, sed etiam conciliis abstinentem, et propter hanc ἀπραγμοσύνην etiam apud novum dominum gratia florentem. Rei ab Oceani moribus abhorrentis neque alibi, neque in hac fabula levissimum vestigium exstat; imo ad solum Prometheum omnis incepti vel gloria vel culpa refertur et aliis locis et verbis καὶ τοῖσιν οὐδεὶς ἀντέβαινε πλὴν ἐμοῦ v. 236. Mirari licet neminem in his difficultatibus haesisse praeter Kiehlium, qui hunc versum, ut ex Hartungi adnotatione cognovi, delendum censet. Leniorem medicinam scholia suppeditant. Haec enim adnotavit schol. A : θαυμάζω σε πῶς ὑπάρχεις ἐκτὸς αἰτίας καὶ μέμψεως παρὰ τῷ Διῒ καὶ οὐδὲν ὑπ' αὐτοῦ δεινὸν πέπονθας ἐμοὶ συναλγῶν. Ἄλλως. ἐπαινῶ σε, φησὶν, ὅτι ἐκτὸς ὑπάρχεις μέμψεως, ὅπερ ἦν σοι δυνατὸν ἐπ' ἐμοὶ ποιήσας καὶ συναλγήσας ἐφ' οἷς πάσχω κακοῖς· καὶ νῦν ἄφες κ. τ. λ. Eadem verbis similibus, sed mutilis, dicit schol. M. (Ibi enim nonnulla exciderunt inter verba ζηλῶ σε, φησίν, ὅτι et καὶ τὰ περὶ σαυτοῦ ποιήσας, imo τὰ ἐπὶ σαυτῷ ποιήσας, κεκόμισαι χάριν ἐξ ἐμοῦ). Vides veteres interpretes non ea habuisse quae in nostris libris leguntur, sed quae exponi possent ἐμοὶ συναλγῶν, συναλγήσας ἐφ' οἷς πάσχω κακοῖς. His igitur ducibus reposui πόνων μετασχεῖν καὶ τετολμηκὼς ἐμοί, corrupta illa a librariis qui vim particulae καὶ non assequerentur. Verba πόνων μετασχεῖν dicta sunt ut συμπονήσατε τῷ νῦν μογοῦντι, v. 276. *Laudibus effero quod extra officii* (v. 292) *neglecti reprehensionem es mala mea mecum dolere ausus* (καὶ τετολμηκώς, *eo audaciae progressus*, quibus inest admiratio illa ironiae non expers, quam v. 301 sqq. Prometheus significaverat). *Sed noli longius progredi*, καὶ νῦν ἔασον. Eadem mox aliis verbis intercessori iterum se offerenti respondet : τὰ μέν σ' ἐπαινῶ . . προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ μηδὲν πόνει . . εἴ τι καὶ πονεῖν θέλεις, in his ultimis etiam manifestiore ironia. Qui locus huic geminus nostram interpretationem emendationemque confirmat.

335—37 μηδέν σοι et mox οὐ πείθεισ M. Deinde εὐπειθήσ et πημαθῆσ pr. M.

πάντως γὰρ οὐ πείσεις νιν· οὐ γὰρ εὐπιθής.
πάπταινε δ' αὐτὸς μή τι πημανθῇς ὁδῷ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

Πολλῷ γ' ἀμείνων τοὺς πέλας φρενοῦν ἔφυς
ἢ σαυτόν· ἔργῳ κοὐ λόγῳ τεκμαίρομαι.
ὁρμώμενον δὲ μηδαμῶς ἀντισπάσῃς.
αὐχῶ γὰρ αὐχῶ τήνδε δωρεὰν ἐμοὶ
δώσειν Δί', ὥστε τῶνδέ σ' ἐκλῦσαι πόνων.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τὰ μέν σ' ἐπαινῶ κοὐδαμῇ λήξω ποτέ·
προθυμίας γὰρ οὐδὲν ἐλλείπεις. ἀτὰρ
μηδὲν πόνει· μάτην γὰρ οὐδὲν ὠφελῶν
ἐμοὶ πονήσεις, εἴ τι καὶ πονεῖν θέλεις·
ἀλλ' ἡσύχαζε σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων.
ἐγὼ γὰρ οὐκ εἰ δυστυχῶ, τοῦδ' οὕνεκα
θέλοιμ' ἂν ὡς πλείστοισι πημονὰς τυχεῖν.
Οὐ δῆτ', ἐπεί με χαὶ κασιγνήτου τύχαι

---

340 *μηδαμῶς μ' ἀντισπάσῃς* ex duobus Cantabrigiensibus Blomf. Dind. Recte Boissonade pronomen glossematicum esse judicavit.

343 *κοὐδὲ μὴ* M. aliique. Emendate edd. veteres et libri nonnulli.

346. 47 Male *θέλοις* e libris nonnullis Brunck, Schütz, Hermann, irrisione sublata. Deinde *σαυτὸν ἐκποδὼν ἔχων* noli interpretari 'quum in tuto sis', sed verte: *neque his periculis te implica.*

349 Fortasse *πημονὰς κυρεῖν.* Interpreti deberi puto vocem *τυχεῖν*, ingratam illam propter versus insequentis clausulam *τύχαι.* Schol. M.: *Προμηθικῶς· οὐ γὰρ κατὰ τὸν ἀνθρωπινὸν λογισμὸν πολλοὺς αὐτῷ συνατυχεῖν βούλεται ὁ Προμηθεύς.*

350—375, olim Oceano tributos, Prometheo continuandos esse vidit Elmsley. Mediam viam ingressi Vendel-Heyl, in ver-

τείρουσ' Ἄτλαντος, ὃς προσεσπέροις τόποις
ἕστηκε κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονὸς
ὤμοιν ἐρείδων, ἄχθος οὐκ εὐάγκαλον.

---

sione gallica, Wieseler, Bergk 350—368 vel 350—372 Oceano vindicare conati sunt. Senserunt enim, quod etiam Reisigium non fugerat, narrationis colorem et versum potissimum 363 a Promethei persona nonnihil abhorrere. At ea est orationis continuitas ut nullus locus loquentium vicibus aptus inveniri possit, neque omnes offensiones removerentur, etiamsi hujus loci pars Oceano dari posset. Typhonis enim 'vis consili expers' Jovis fulminibus domita neque illi, neque ipsi Prometheo misericordia digna videri potest; imo ea de Typhone narrat is qui hic loquitur, eoque modo narrat, ut monstri odium moveat. Jam vetus interpres ad v. 358 adnotavit : *οὐ μὴν ἐλεητὸς ὁ τοιοῦτος, ἀλλ' ὁ ποιητὴς φύσει τοῖς τερατίοις ἐξαιρούμενος οὐ λεπτολογεῖται τὰ πράγματα.* Dicam quod sentio. Locum de Typhone, splendidum illum, sed non satis aptum, nescio an non attigisset Aeschylus absque recenti Aetnae incendio, Ol. 75, 2.

351—53 Vulgo *ὃς πρὸς* (*ὃσ ἐσ* M.) *ἑσπέρους τόπους*, quod etiam Hermannum et Dindorfium probasse miror. Nam sic Atlas occidentem spectare aut ad occidentem accessisse diceretur. Scribendum *πρὸς ἑσπέροις τόποις* cum Valckenaerio et Hartungio, vel ex Bergkii conjectura (Jahrb. f. Philol. 1860, p. 417) *προσεσπέροις τόποις*. Hoc praestare videtur. Deinde fuerunt qui mallent *ἕστηκε κίων*. Mox *ὤμοισ* M. *ὤμοιν* Rob. — Gravior difficultas inest verbis *κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονός*, quae quum aperte respiciant Homerica *ἔχει δέ τε κίονας αὐτὸς μακρὰς, αἳ γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀμφὶς ἔχουσιν* (Od. I, 54), tamen tanta est illius loci obscuritas, ut huic nostro inde lux non affundatur. Atlas autem Aeschyleus si coelum terramque humeris sustinet, non facile dicas ubi pedem ponat; recentiorum enim rationes astronomicae, quibus Atlas est mundi axis, poëtae Attico tribui nequeunt. Has fere ob causas Schoemann *κίον' οὐρανοῦ τε καὶ χθονός* exponit

Τὸν γηγενῆ τε Κιλικίων οἰκήτορα
ἄντρων ἰδὼν ᾤκτειρα, δάϊον τέρας
ἑκατογκάρανον πρὸς βίαν χειρούμενον
Τυφῶνα θοῦρον, εἷς ὃς ἀντέστη θεοῖς.
*   *   *   *   *   *
*   *   *   *   *   *
σμερδναῖσι γαμφηλαῖσι συρίζων φόβον·
ἐξ ὀμμάτων δ' ἤστραπτε γοργωπὸν σέλας,
ὡς τὴν Διὸς τυραννίδ' ἐκπέρσων βίᾳ.
ἀλλ' ἦλθεν αὐτῷ Ζηνὸς ἄγρυπνον βέλος,
καταιβάτης κεραυνὸς ἐκπνέων φλόγα,

---

columnam sive potius columnas duas (κίονε) coelum terramque distinentes. Vellem sane, sed verba ipsa me trahunt ad eam interpretationem cujus antiquissimus auctor est Plutarchus, de facie in orbe lunae c. 6, quamque fere omnes editores sequuntur. Etiam v. 429, quamquam mutilus, non solum coelum, sed etiam terram ab Atlante portari docet.

356 ἑκατοντοκάρηνον pr. α super η sec. M. Corr. Pauw et Blomf.

357 Libri πᾶσιν ὃς (sic M.) aut ὃς πᾶσιν ἀντέστη. Metro succurrentes ὅστις ἀντέστη Porson, πᾶσιν ὃς ἀνέστη Wunderlich, Dind., πᾶσι δ' ἀντέστη Herm., alii alia. Adscriptum πᾶσι expulisse videtur vocem genuinam εἷς, quam reposui. Sed cum his non satis apte conjungitur συρίζων φόβον, et ante vanos terrores commemoranda erant monstri robora, brachia illa immania, quae non omisit Hesiodus Theog. 823 sqq., quem noster ante oculos habuit. Itaque lacunae signa posui, duorum potissimum versuum propter numerorum rationem infra exponendam.

358 Vulgatum φόνον in deorum pugnam cadere non videtur. φόβον M., quod merito praetulit Schoemann, coll. Sept. 363 (386).

362 ἐκφυσῶν φλόγα suspicatur Heimsoeth.

ὃς αὐτὸν ἐξέπληξε τῶν ὑψηγόρων
κομπασμάτων. φρένας γὰρ εἰς αὐτὰς τυπεὶς
ἐφεψαλώθη κἀξεβροντήθη σθένος.
Καὶ νῦν ἀχρεῖον καὶ παράορον δέμας
κεῖται στενωποῦ πλησίον θαλασσίου
ἰπούμενος ῥίζαισιν Αἰτναίαις ὕπο,
κορυφαῖς δ' ἐν ἄκραις ἥμενος μυδροκτυπεῖ
Ἥφαιστος. ἔνθεν ἐκραγήσονταί ποτε
ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις
τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γύας.
τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον
θερμοῖς ἀπλάτου βέλεσι πυρπνόου ζάλης,

---

366 Formam *παράορον* servavit M., significant scripturae vitiosae *παράωρον*, *πανάωρον*, firmat Hesychii glossa *παράορος· σειράφορος*. Ceterum conferunt Hom. Il. 7, 156 *πολλὸς γάρ τις ἔκειτο παρήορος ἔνθα καὶ ἔνθα.*

368 Veram formam etiam hic pr. M. servavit. *ἱπποίμενος* (sic)· *πιεζόμενος* Hesych. Non fugit interpretes Pindari locus qui Ol. 4, 7 Aetnam dicit *ἶπον ἀνεμόεσσαν ἑκατογκεφάλα Τυφῶνος ὀμβρίμου.*

369. 70 Verba *κορυφαῖς . . . Ἥφαιστος*, vulgo cum sequentibus conjuncta, interpunctione mutata, ad antecedentia retuli. Typhonis corpus Aetnae radicibus obrutum, insuper Vulcani incudibus, in summo monte collocatis, premi validisque ictibus concuti dicit. Miro Wieseler vocem *κορυφαῖς*, manifesto *ῥίζαισιν* oppositam, de Typhonis vertice accipit.

372 *λευροὺς* M. Rob. Vulgo *λευρὰς*. Tragicos dicere *ὁ γύης* observavit Elmsley.

374 *θερμῆς ἀπλήστου βέλεσσι* M. *θερμοῖς* et *βέλεσι* libri multi. *ἀπλήστου* ortum ex *ἀπλάστου*, ut edidit Schütz, idque librarii fere more suo (cf. v. 712. Eum. 55) posuerunt pro *ἀπλάτου*,

καίπερ κεραυνῷ Ζηνὸς ἠνθρακωμένος.
Σὺ δ' οὐκ ἄπειρος, οὐδ' ἐμοῦ διδασκάλου
χρῄζεις· σεαυτὸν σῶζ' ὅπως ἐπίστασαι·
ἐγὼ δὲ τὴν παροῦσαν ἀντλήσω τύχην,
ἔστ' ἂν Διὸς φρόνημα λωφήσῃ χόλου.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

οὔκουν, Προμηθεῦ, τοῦτο γιγνώσκεις, ὅτι
φρενὸς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι;

---

quod restituit Dind. Sic apud Pindarum Py. I, 21 *ἀπλάτου πυρὸς παγαὶ* Aetnae tribuuntur. Has Aeschylus vocat *πυρπνόον ζάλην*, i. e. ignivomum aestum, exaestuantes ignium fluctus.

376. 7 *οὐκ ἄπειρος*, i. e. *πολύπειρος*, Oceanus dicitur ut deus grandaevus, qui multa viderit, multa expertus sit, per tria regna intactos honores suos servaverit, unde Prometheus addit *σεαυτὸν σῶζ'* (*σῷζ'* M.) *ὅπως ἐπίστασαι.* Nescio an poëta de iis cogitaverit quae in Iliade 14, 202 leguntur. Ibi enim Juno narrat se virginem adhuc flagrante deorum bello apud Oceanum Thetynque, neutri parti addictos paceque in remotis sedibus gaudentes, hospitio exceptam esse. Haec et ea de quibus ad v. 287 dixi Oceani morum delineandorum ansam Aeschylo dedisse videntur.

381 *ὀργῆς νοσούσης* libri. *ὀργῆς ματαίας* et *αἴτιοι* Stob. Flor. 20, 13, siquidem hunc locum respicit. *ψυχῆς νοσούσης* Plut. Cons. ad Apoll. c. 2 aliique. *'mederi posse rationem iracundiae* Cicero, qui Tusc. 3, 31 hos quattuor versiculos latine reddidit, ut demonstraret 'sumendum tempus esse non minus in animorum morbis quam in corporum', quae verba proxima non negligenda sunt. *ὀργῆς ζεούσης* ex Themistii paraphrasi, Or. 7, p. 98, Dindorf. *ὀργῆς σφριγώσης*, propter schol. A. interpretationem *τὴν ὀργὴν ἀγριαίνουσαν καὶ ἐπαιρομένην*, post Hermannum, qui tamen hanc suam conjecturam ipse non recepit, Heimsoeth. Ad haec, *ζεούσης* vel *σφριγώσης*, non convenit Promethei responsum, qui Oceani dictum non refellit, sed verum esse ait cum exceptione

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἐάν τις ἐν καιρῷ γε μαλθάσσῃ κέαρ
καὶ μὴ σφυδῶντα θυμὸν ἰσχναίνῃ βίᾳ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ἐν τῷ προθυμεῖσθαι δὲ καὶ τολμᾶν τίνα
ὁρᾷς ἐνοῦσαν ζημίαν; δίδασκέ με.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μόχθον περισσὸν κουφόνουν τ' εὐηθίαν.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ἔα με τῇδε τῇ νόσῳ νοσεῖν, ἐπεὶ
κέρδιστον εὖ φρονοῦντα μὴ φρονεῖν δοκεῖν.

---

quadam; scholiastes autem non alia habuit, sed ineptum ὀργῆς νοσούσης, ut potuit, interpretatus est. Omnino νοσούσης tam apte aditum parat ad ἰατροί, ut mutari non debeat. Sequitur ut ὀργῆς ab interprete adscriptum sit ad ψυχῆς νοσούσης, quod ex Plutarcho adscivit Hermann, vel potius, quum hoc philosophum sapiat, ad φρενὸς νοσούσης, quod et Aeschyleum stilum refert et antecedenti φρόνημα nonnihil confirmatur. Sic bene se excipiunt φρόνημα, φρενός, κέαρ, θυμόν.

382. 3 μαλθάσσῃ pr. M. Deinde σφυδῶντα et ἰσχναίνει M. σφριγῶντα et ἰσχναίνῃ libri plerique. τοῦτο καὶ Ἱπποκράτης φησί· 'πέπονα φαρμακεύειν, μὴ ὠμά' schol. M. Liberius Cicero, sed et ipse medicorum verbis usus: *Siquidem quis tempestivam medicinam admovens Non ad gravescens vulnus allidat manus.*

384 προθυμεῖσθαι M. et libri multi. Variam l. προμηθεῖσθαι, quamquam scholia eam agnoscunt et Scaliger plurimique viri docti probarunt, tamen minus bene cum τολμᾶν conjungi, neque in Oceani propositum cadere putavi. Eadem lectionis varietas Soph. O. R. 48 et passim.

387 τήνδε τὴν νόσον Turnebus.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μεῖζον δοκήσει τἀμπλάκημ' εἶναι τόδε.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

σαφῶς μ' ἐς οἶκον σὸς λόγος στέλλει πάλιν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

μὴ γάρ σε θρῆνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ἦ τῷ νέον θακοῦντι παγκρατεῖς ἕδρας;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τούτου φυλάσσου μή ποτ' ἀχθεσθῇ κέαρ.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ἡ σή, Προμηθεῦ, συμφορὰ διδάσκαλος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

στέλλου, κομίζου, σῷζε τὸν παρόντα νοῦν.

ΩΚΕΑΝΟΣ.

ὁρμωμένῳ μοι τόνδ' ἐθώϋξας λόγον.
λευρὸν γὰρ οἶμον αἰθέρος ψαίρει πτεροῖς
τετρασκελὴς οἰωνός· ἄσμενος δέ τἂν

---

389 ἐμὸν δοκήσει M. et libri fere omnes. Quod sive interpreteris 'mihi crimini vertetur delictum tuum', sive aliter exponas, neque sensum commodum praebet (nam si uteretur intercessore, aliquantum Prometheus de ferocia remittere videretur), neque convenit ad eam quam ipse Prometheus subjicit hujus dicti explanationem: μὴ γάρ σε θρῆνος οὑμὸς εἰς ἔχθραν βάλῃ. Iisdem argumentis refellitur Hermanni conjectura ἐμὸν δόκει σύ· Scripsi μεῖζον δοκήσει, quod et v. 391 et sequentia requirunt: sibi enim non Prometheo timens Oceanus ab incepto desistit.

397. 98 λευρὰν ex codice Viteb. Hermann, ut exquisitius. Deinde δ' ἔτ' ἂν M. δέ τ' ἂν vulgo. δέ τἂν Blomf.

σταθμοῖς ἐν οἰκείοισι κάμψειεν γόνυ.

XOPOΣ.

στρ. α'. *Στένω σε τᾶς οὐλομένας τύχας, Προμηθεῦ·*
δακρυσίστακτον ἀπ' ὄσσων δ'ἀδινὸν λει-

301—399 Post praemissos Promethei versus sex et tres, Oceanus amici spiritus flectere conatur bis quaternis et bis quinis versibus, deinde (328 sqq.) consilium suum aperit quinione, cui respondet quinio Promethei, iterumque deprecatoris munus suscipit altero quinione, denuo recusante Prometheo quinione, cui superadditur binio, v. 348. 9, hujus loci clausula, sequentis praeparatio. Jam enim Atlantis et Typhonis supplicia refert, illud trimetris quattuor inclusum, hoc significatum quattuor trimetris, bis denis amplificatum. Post hanc splendidam digressionem inde a v. 376 ad diverbii familiaritem redimus. Hic locus incipit a Promethei quaternione, desinit in quaternionem Oceani; intermedia ita moderatur poëta, ut primum uterque binos trimetros proferat, deinde ad Oceani biniones bis singulis trimetris respondeat Prometheus, denique brevissimis uterque dictis monostichis ter inter se alternent. Quam dictorum gradatim ad celeriora progredientem contractionem si attentius consideres, apprime ad loquentium affectus convenire reperies.

401 *δακρυσίστακτον δ' ἀπ' ὄσσων ῥαδινῶν* M. et libri plerique, *ῥαδινὸν* nonnulli. Ejectis vocibus *δὲ* et *λειβομένα* Heath Porson alii infra *ἔτεγξα* cum Par. A. in *ἔτεγξε* mutarunt, quos secuti sunt qui nuper de re metrica scripserunt. Rectius, puto, Hermann in antistropha aliquid excidisse statuit transpositaque particula scripsit *δ'εἰβομένα.* Sed offensionem habet epitheton *ῥαδινός*, quod gracilem proceritatem notat, sive *ὄσσων ῥαδινῶν*, sive *ῥαδινὸν ῥέος*, sive, quod Hartungo placuit, *ῥαδινὰν παρειὰν* jungas. Itaque malui *δ'ἀδινὸν . . ῥέος*, adscita voce Homerica et coll. Soph. Trach. 849 *ἀδινῶν χλωρὰν τέγγει δακρύων ἄχναν.* Ceterum trimetrum ionicum, quo Anacreon usus erat, etiam Agam. 662 cum dimetris conjunxit Aeschylus.

βομένα ῥέος παρειὰν
νοτίοις ἔτεγξα παγαῖς.
ἀμέγαρτα γὰρ τάδε Ζεὺς
ἰδίοις νόμοις κρατύνων
ὑπερήφανον θεοῖς τοῖς
πάρος ἐνδείκνυσιν αἰχμάν.

Πρόπασα δ' ἤδη στονόεν λέλακε χώρα, ἀντ. α΄.
μεγαλοσχήμονά τ' ἀρχαιοπρεπῆ —
◡ ◡ — στένουσι τὰν σὰν
συνομαιμόνων τε τιμάν,
ὁπόσοι τ' ἔποικον ἁγνᾶς
Ἀσίας ἕδος νέμονται,
μεγαλοστόνοισι σοῖς πή-
μασι συγκάμνουσι θνατοί.

---

403 πηγαῖσ M.

404 sqq. Haec recte conjunguntur in libris plerisque. τάδε· Ζεὺς δ' ἰδίοις Rob. Herm.

407 ἐνδεικνύειν αἰχμήν M.

409. 10 στένουσι M. et pars librorum cum scholiis. στένουσα alii. Hoc recepto Heath scripsit κἀρχαιοπρεπῆ, Hermann supplevit δακρυχέει. Mihi illud verius esse casusque nominativus, fortasse τ' ἐσχατιαί, excidisse videtur, ut στονόεν, στένουσι, μεγαλοστόνοισι ad tria diversa enuntiata pertineant: cf. Septem 877 διήκει δὲ καὶ πόλιν στόνος, στένουσι πύργοι, στένει πέδον φίλανδρον. Neque enim στονόεν λέλακε χώρα στένουσα tribuerim poëtae harum elegantiarum minime neglegenti, qui hoc ipso in loco μεγαλοσχήμονα τιμάν et μεγαλοστόνοισι πήμασι concinne opposuit.

412 ἔποικον ἕδος νέμονται i. e. ἔποικοι ἕδος νέμονται, *quicunque incolae Asiae sedem tenent.* Alii nescio quo jure 'vicinam sedem' exponunt.

στρ. β'. Κολχίδος τε γᾶς ἔνοικοι
παρθένοι, μάχας ἄτρεστοι,
καὶ Σκύθης ὅμιλος, οἳ γᾶς
ἔσχατον τόπον ἀμφὶ Μαι-
ῶτιν ἔχουσι λίμναν,

ἀντ. β'. Ἀραβίας τ' ἄρειον ἄνθος,
ὑψίκρημνον οἳ πόλισμα
Καυκάσου πέλας νέμονται,
δάϊος στρατὸς, ὀξυπρῴ-
ροισι βρέμων ἐν αἰχμαῖς.

---

417 Bene μάχας ἄτρεστοι M. aliique, ut λόγχης ἄκμονες Pers. 51, δίκας ἀφόβητος Soph. OR. 885. V. l. μάχαις recepit Hermann. μάχαν Rob.

419 τόπον ex M. aliisque restituit Porson. Olim vulgo πόρον.

421. 2 Scripturam vitiosam Ἀραβίας et versus strophicus arguit et res ipsa : nam Arabes ad Caucasum traducere, oppidis includere, hastis instruere non solum a vera ratione, sed etiam ab illius aetatis opinione abhorret. Ἀβαρίας Boissonade, Ἀραμίας Wieseler, Σαρματᾶν Hermann, Χαλκίδος, i. e. Χαλυβίας, Heimsoeth, Ἀερίας, i. e. Aegyptorum coloniam, B. Foſs. Ἀρίας τ' sive potius Καρίας, coll. Choëph. 421, Hartung, quam conjecturam vel res, vel sonus commendat. Offensionis partem ut removerent, librarii post ὑψίκρημνον invitis numeris inseruerunt copulam θ', nunc a Bothio deletam, scholiastes M., textu ille nondum interpolato, sed miro interpretationis artificio usus, adscripsit λείπει ὁ καί et νέμονται ad Colchos retulit.

423 νέμουσι M. νέμονται schol. M. et libri multi. Καυκάσου πύλας Hermann, λέπας Wieseler olim, sine justa causa.

Μόνον δὴ πρόσθεν ἄλλον ἐν πόνοις *στρ. γ'.*
δαμέντ' ἀκάμπτοις ἐσειδόμαν θεὸν
Ἄτλαντος ὑπέροχον σθένος κραταιόν,
ὃς γᾶν οὐράνιόν τε πόλον
νώτοις ὑποστεγάζει.

---

426 Etiam haec antistrophica esse intellexit Hermann, neque tamen recte ille scripsisse videtur *μόνον δὲ* (sic libri pauci) *πρόσθεν ἐν πόνοις*, ejecto *ἄλλον*. Nam scholion O. P. *μόνον, φησί, πρὸ σοῦ ἢ πρὸ τῶν ἄλλων θεῶν* non docet olim non lectum esse *ἄλλον*, sed ad varias nostrorum librorum lectiones *ἄλλον* et *ἄλλων* spectat.

427 Libri *δαμέντ' ἀκαμαντοδέτοις* (*ἀδαμαντοδέτοις* Colb. 1) *Τιτᾶνα λύμαις εἰσιδόμαν θεόν* (sic M.) aut *θεῶν*. In his *Τιτᾶνα* interpreti deberi et *λύμαις* ex adscripto versu 148 fluxisse viderunt O. Ribbeck (Mus. Rhen. XIV, p. 424) et Heimsoeth. Hic, etiam voce *ἀκαμαντοδέτοις* deleta, *εἰδόμαν θεῶν δαμέντ'* legendum statuit. Mihi quum alia quaedam vox non adeo dissimilis requiri videretur, quae interpolationis ansam dedisset eademque ad numeros iambicos conveniret, ausus sum scribere *ἀκάμπτοις*.

428—30 Libri *Ἄτλανθ' ὃς* (*ὡς* M. *Ἄτλαν θ' ὃς* schol. B, ut superiora ad Typhonem referret) *αἰὲν ὑπείροχον* (*ὑπέροχον* Viteb.) *σθένος κραταιὸν οὐράνιόν τε πόλον νώτοις ὑποστενάζει*. Vocem *σθένος* ad Atlantem referendam esse res ipsa declarat, terrae mentionem desiderari et copula post *οὐράνιον* et v. 352 docent. Varias conjecturas protulerunt viri docti. Recepi Hermanni emendationem turbas eo ortas esse statuentis quod *ὃς γᾶν*, non recte illud scriptum, in alienum locum venerit. Idem invenit *ὑποστεγάζει*, i. e. *ὑποβαστάζει*, quod interpretamentum legitur apud Robortellum, coll. Hesychii Suidaeque glossis *στέγει, στεγόντων* exponentium *βαστάζει, βασταζόντων*. Etiam frgm. 309 Atlantis laborem *ἆθλον οὐρανοστεγῆ* dicit.

ἀντ. γ΄.

Βοᾷ δὴ πόντιος κλύδων ⏑ —
⏑ — ⏑ —, ξυμπίτνων στένει βυθός,
κελαινὸς Ἄϊδος ἐμβρέμει μυχὸς γᾶς,
παγαί θ' ἁγνορύτων ποταμῶν
ἀχοῦσιν ἄλγος οἰκτρόν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μή τοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ' αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.

---

431. 32 His exornatur locus de Atlante, neque opus est Ribbeckii conjectura vv. 431—35 ante 426 transponentis, ut haec ad Prometheum referrentur. Libri βοᾷ δὲ : scripsi δή, ut in stropha. Deinde ξυμπίτνων στένει βαθύς M. Rob. βυθός ceteri. Suppleri potest πέριξ ἀείρεται : nam surgentes concidentesque fluctus inter se opponuntur, ut Sept. 747 κῦμα . . τὸ μὲν πίτνον, ἄλλο δ' ἀείρει. Habuitne talia schol. M., qui ad βοᾷ adscripsit τῇ βοῇ? At idem quum ad στένει adnotaverit ἀπ' εὐθείας τῆς τὸ στένος, nescio an dubitaverit utram vocem pro nomine, utram pro verbo haberet, siquidem legit βαθύς.

433 Libri fere κελαινὸς δ' ἄϊδος ὑποβρέμει. Particulam delevit Hermann, ἐμβρέμει conjecit Heimsoeth, ad versum antitheticum respicientes.

434. 35 ἀγνωρύτων M. ἁγνορρύτων plerique. Corr. Heathius. Deinde libri στένουσιν. Responsionis causa Heimsoeth ἀλγοῦσιν. Aptius visum est ἀχοῦσιν, cujus verbi pravae interpretationi vulgatam deberi puto.

438 Libri προσηλούμενον (sic pr. M.) et προσελούμενον (sic sec. M.), unus προσσελλούμενον. Ex antiquo scholio ad hunc locum Etym. M. in v. προσέληνοι p. 690, 11 προυσελεῖν λέγουσι τὸ ὑβρίζειν. Apud Arist. Ran. 733 προυσελοῦμεν cod. Rav. et

Καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ 'γὼ παντελῶς διώρισεν;
ἀλλ' αὐτὰ σιγῶ· καὶ γὰρ εἰδυίαισιν ἂν
ὑμῖν λέγοιμι· τἀν βροτοῖς δὲ πήματα
ἀκούσαθ', ὥς σφας νηπίους ὄντας τὸ πρὶν
ἔννους ἔθηκα καὶ φρενῶν ἐπηβόλους·
λέξω δέ, μέμψιν οὔτιν' ἀνθρώποις ἔχων,
ἀλλ' ὧν δέδωκ' εὔνοιαν ἐξηγούμενος·
Οἳ πρῶτα μὲν βλέποντες ἔβλεπον μάτην,
κλύοντες οὐκ ἤκουον, ἀλλ' ὀνειράτων
ἀλίγκιοι μορφαῖσι τὸν μακρὸν βίον
ἔφυρον εἰκῇ πάντα, κοὔτε πλινθυφεῖς

Suidas, προσελοῦμεν ceteri libri. Nunc fere, auctore Porsono, forma προυσελεῖν probatur. Dobree et Hermann προσσελεῖν maluerunt. Verbi origo obscura.

443 πήματα non per ironiam accipiendum de malis quae Prometheus fecisse arguebatur, sed simpliciter hominum quae ille propulsavit mala intellegenda: ἃ εἶχον πήματα πρώην, διὰ τὸ μηδὲν τῶν συμφερόντων εἰδέναι schol. M. Hanc interpretationem et res ipsa et v. 445 veram esse docet.

446 εὔσοιαν conj. Meineke, sine justa causa haerens in ὧν δέδωκ' εὔνοιαν, quod oppositum μέμψιν satis tuetur.

447 Schol. M. τὸ παροιμιῶδες ἐξηγεῖται 'νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς ἀκούει (τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά' Epicharmi versus).

449 Qui somniantium more degunt, somniorum similes dicit poëta. μακρὸν βίον M. et libri plerique. χρόνον vulgo. Illud firmatur hujus loci imitatione, quam probabiliter ad Euripidis Palamedem referunt, apud Stob. Ecl. phys. I, 1: Ἔπειτα πάσης Ἑλλάδος καὶ ξυμμάχων βίον διῴκησ' ὄντα πρὶν πεφυρμένον θηρσίν θ' ὅμοιον κ. τ. λ.

δόμους προσείλους ἦσαν, οὐ ξυλουργίαν·
κατώρυχες δ' ἔναιον ὥστ' ἀήσυροι
μύρμηκες ἄντρων ἐν μυχοῖς ἀνηλίοις.
Ἦν δ' οὐδὲν αὐτοῖς οὔτε χείματος τέκμαρ
οὔτ' ἀνθεμώδους ἦρος οὔτε καρπίμου
θέρους βέβαιον, ἀλλ' ἄτερ γνώμης τὸ πᾶν
ἔπρασσον, ἔστε δή σφιν ἀντολὰς ἐγὼ
ἄστρων ἔδειξα τάς τε δυσκρίτους δύσεις.
καὶ μὴν ἀριθμόν, ἔξοχον σοφισμάτων,

---

451 *προσήλους*, supra *η* scripto *ει*, M. Deinde *ᾔσαν* M. *τοῦ ᾔδεσαν συγκοπή* schol. M.

452 *ἀήσυροι* pr. M. et Eustath. p. 1500, 27. 1547, 20. *ἀείσυροι*, formam ex falsa etymologia ortam, rec. M. cum libris ceteris. Vocem, quam Apoll. Rhod. II, 1103 ad ventum transtulit, ut eam ab *ἄημι* deduxisse pateat, Eustathius interpretatur *κοῦφοι*, schol. M. *οἱ πτερωτοὶ ἢ κοῦφοι*, Schütz bene *agiles, celeriter discurrentes*. Prisci homines *ἄντροις ναιετάασκον ἐν οὔρεσιν, ἠΰτε θῆρες* secundum Hymn. Hom. 20, 4, qui haec beneficia ad Vulcanum Minervamque refert. Cf. etiam Aeschyli imitatorem Moschionem apud Stob. Ecl. Phys. I, 8, 38.

458 Bene *δύσεις* libri et scholia et, qui affert 454—60, Achilles Tatius in Isagoge ad Aratum. Dobree malebat *ὁδούς*, quod habet Stob. Ecl. Phys. I, *περὶ ἀριθμητικῆς*, eundem locum afferens. Sed Stobaeus hanc vocem mutavit et sequentia sic contraxit: *ἀριθμὸν εὑρὼν ἔξοχον σοφισμάτων*, ut omnia ad arithmeticam traheret. Hermann scripsit *φύσεις*, recte ille quidem negans occasus siderum vel omnino difficiles observatu esse, vel difficiliores quam ortus; at vox *δυσκρίτους* ad utrosque spectat (v. Heimsoeth, Wiederherstellung p. 43), et rerum ortu siderum obituque significatarum cognitionem difficilem esse notat, *οἷον Ὠρίων ὅτι δύνων χειμῶνα ποιεῖ* schol. M. Cf. 486.

ἐξηῦρον αὐτοῖς, γραμμάτων τε συνθέσεις,
μνήμην ἁπάντων, μουσομήτορ' ἐργάνην.
Κἄζευξα πρῶτος ἐν ζυγοῖσι κνώδαλα
ζεύγλαισι δουλεύοντα σάγμασίν θ', ὅπως
θνητοῖς μεγίστων διάδοχοι μοχθημάτων
γένοινθ', ὑφ' ἅρμα τ' ἤγαγον φιληνίους
ἵππους, ἄγαλμα τῆς ὑπερπλούτου χλιδῆς.
θαλασσόπλαγκτα δ' οὔτις ἄλλος ἀντ' ἐμοῦ
λινόπτερ' ηὗρε ναυτίλων ὀχήματα.
Τοιαῦτα μηχανήματ' ἐξευρὼν τάλας

---

459. 60 *ἔξοχον νοσφισμάτων* pr. M. Deinde *ἐξεῦρον* et 468 *εὗρε* libri. *ἐξηῦρον* Stob. Flor. 81, 1. Nihil profecto huic loco inest quod Pythagoricam disciplinam sapiat. Cum siderum observatione numeros litterasque conjungit.

460 *memoriam omnium rerum, Musarum genetricem operam.* *μνήμην* (*θ'* addidit rec.) et *ἐργάτιν* (*άτιν* rec. in litura) M. *μνήμην θ'* et *ἐργάτην* libri plurimi. *μνήμην* sine copula et *ἐργάνην* Stob. l. l. *μνήμης*, ex eleganti Hemsterhusii conjectura, Brunck Dindorf Hermann alii. Sed tamen *μνήμην μουσομήτορα* commendat Memoria Musarum mater, litterasque rerum gestarum memoriam potius quam rerum memoriae effectionem a poëta dictas putarim.

463—65 *σώμασιν θ'*, quae verba manus secundae interpunctio cum sequentibus conjunxit, et infra *ἅρματ'* M. Recte *ἅρμα τ'* Turnebus : nam equi opulentorum deliciae, boves asini muli maximorum laborum vicarii dicuntur. Sed hoc recepto, etiam *σάγμασίν θ'* scribendum est e Pauwii conjectura Schützio et Dindorfio merito probata : incommode enim Hermann *σώμασιν* de sessorum qui jumentis inequitant corporibus accepit. Ceterum *διάδοχον* pr. *γένωνθ'* M. *γένοινθ'* Dawesius.

467. 68 *θαλασσόπλακτα* pr. M. Deinde *ναυτιλόχων ὀχήματα* M. Ab equis curribusque ad maris vehicula transit.

βροτοῖσιν, αὐτὸς οὐκ ἔχω σόφισμ' ὅτῳ
τῆς νῦν παρούσης πημονῆς ἀπαλλαγῶ.

ΧΟΡΟΣ.

Πέπονθας ἀπιθὲς πῆμ'· ἀποσφαλεὶς φρενῶν
πλανᾷ, κακὸς δ' ἰατρὸς ὥς τις ἐς νόσον
πεσὼν ἀθυμεῖς καὶ σεαυτὸν οὐκ ἔχεις
εὑρεῖν ὁποίοις φαρμάκοις ἰάσιμον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον,
οἵας τέχνας τε καὶ πόρους ἐμησάμην.

---

470 σοφισμάτων M. Emendate ib. rec. et libri ceteri.

472. 73 Libri ἀεικὲς πῆμ'. Porson αἰκὲς πῆμ'. Sic turpem esse Prometheo dicerent hanc consilii inopiam, quae castigatio a chori moribus abhorret. Nam qui ἀεικὲς πῆμ' ad Promethei supplicium referri posse putant, graece nesciunt : imo posterior enuntiatio (πλανᾷ) sic sine conjunctione addita priorem (πέπονθας) explicat ejusque rationem reddit. Nihil proficitur varia nonnullorum librorum scriptura πλάνᾳ sive potius πλάνῃ, etiam minus probari potest Hermanni ratio ejecto πλανᾷ ante ἀθυμεῖς vocem κακοῖς inserentis. Quid requiratur, ostendit Promethei responsum τὰ λοιπά μου κλύουσα θαυμάσει πλέον. Hinc efficitur chorum miratum esse deum tam sollertem consilio deficere : hanc rem ei visam esse, non turpem, sed novam et incredibilem. Itaque scripsi ἀπιθὲς πῆμ' i. e. ἀπίθανον πάθος, quae ad ultima Promethei verba bene conveniunt. Librorum lectio fortasse ex adscripto ἀπεικός orta est.

475 Legebatur ἰάσιμος. Quum secunda persona verbi substantivi non soleat omitti, ἰατέον Hartung, ὅτοις vel οἵοις εἶ φαρμάκοις ἰάσιμος conj. Meineke, Philol. XX, p. 52. Scripsi ἰάσιμον, quod habent libri nonnulli, coll. Agam. 1316 Ἀτρείδην εἰδέναι κυροῦνθ' ὅπως.

Τὸ μὲν μέγιστον, εἴ τις ἐς νόσον πέσοι,
οὐκ ἦν ἀλέξημ' οὐδὲν, οὔτε βρώσιμον,
οὐ χριστὸν, οὔτε πιστὸν, ἀλλὰ φαρμάκων
χρείᾳ κατεσκέλλοντο, πρίν γ' ἐγώ σφισιν
ἔδειξα κράσεις ἠπίων ἀκεσμάτων,
αἷς τὰς ἁπάσας ἐξαμύνονται νόσους.
Τρόπους τε πολλοὺς μαντικῆς ἐστοίχισα,
κἄκρινα πρῶτος ἐξ ὀνειράτων ἃ χρὴ
ὕπαρ γενέσθαι, κληδόνας τε δυσκρίτους
ἐγνώρισ' αὐτοῖς ἐνοδίους τε συμβόλους.
γαμψωνύχων τε πτῆσιν οἰωνῶν σκεθρῶς
διώρισ', οἵτινές τε δεξιοὶ φύσιν
εὐωνύμους τε, καὶ δίαιταν ἥντινα
ἔχουσ' ἕκαστοι, καὶ πρὸς ἀλλήλους τίνες
ἔχθραι τε καὶ στέργηθρα καὶ συνεδρίαι.

---

479. 80 *οὐδε . . οὐ . . οὐδὲ* M. *οὔτε* (non sine libris) . . *οὐ . . οὐδὲ* Brunck, Hermann. Recte bis *οὔτε* Blomf. Dind. Sine justa causa pro *πιστόν* i. e. *διὰ πόσεως*, quod scholia et Eustathius passim tuentur, nonnulli coll. Theocr. XI, 2 *παστόν* maluerunt.

484 *τρόπους τε* M. *δὲ* ceteri.

487 Verba *ἐνοδίους τε συμβόλους* omnes, nisi fallor, praeter Schoemannum male cum sequentibus conjungunt. A vocibus ominosis, *κληδόσιν*, non separanda sunt obvia signa, *τὰ πρῶτα συναντῶντα καὶ ἐξ ἀπαντήσεως τι προσημαίνοντα*, ut ait schol. Aristoph. Av. 727.

492 Vocem *συνεδρίαι* ex disciplina augurali sumpsit poëta, quod docet Aristotelis locus, ab Abreschio allatus, Hist. Anim. IX, 1 : *ὅθεν καὶ τὰς διεδρίας καὶ συνεδρίας οἱ μάντεις λαμβάνουσι, δίεδρα μὲν τὰ πολέμια τιθέντες, σύνεδρα δὲ τὰ εἰρηνεύοντα πρὸς ἄλληλα.*

Σπλάγχνων τε λειότητα, καὶ χροιὰν τίνα
ἔχοντ' ἂν εἴη δαίμοσιν πρὸς ἡδονὴν
*　*　*　*　*　*
*　*　*　*　*　*
χολῆς λοβοῦ τε ποικίλην εὐμορφίαν.
κνίσῃ τε κῶλα συγκαλυπτὰ καὶ μακρὰν
ὀσφὺν πυρώσας δυστέκμαρτον εἰς τέχνην
ὥδωσα θνητούς, καὶ φλογωπὰ σήματα
ἐξωμμάτωσα, πρόσθεν ὄντ' ἐπάργεμα.
Τοιαῦτα μὲν δὴ ταῦτ'· ἔνερθε δὲ χθονὸς
κεκρυμμέν' ἀνθρώποισιν ὠφελήματα,

---

493. 94 *τελειότητα* conjunctim pr. divisim sec. M. Deinde *δαίμοσι* M.

495 Ante hunc versum bene lacunae signa posuit Hermann. 'Nam non solum copula deest, sed etiam fellis color et forma res alienae sunt. Nihil enim, quod sciam, nisi ruptura fellis spectabatur, de qua Sophocles in Antigona v. 1009 *μετάρσιοι χολαὶ διεσπείροντο*'. Adde quod aliud verbum requirit orationis concinnitas in ceteris hujus loci partibus observata : nam extispicium ab avium observatione longe differt. Duos versus intercidisse antithetica ratio docere videtur.

496 Transit ad ignispicia. Vocem *κῶλα* a *πυρώσας* pendere neque post *συγκαλυπτὰ* interpungendum esse, quem errorem etiam in Hermanni editione propagatum video, intellexit Schütz. Deinde *χάμ' ἄκραν ὀσφὺν* Reisig, *σύν τ' ἄκραν ὀσφῦν* Hartung, collatis Menandri apud Athen. IV, p. 146 F. verbis *οἱ δὲ τὴν ὀσφὺν ἄκραν . . ἐπιθέντες*.

499 *τὰς διὰ πυρὸς μαντείας τυφλὰς οὔσας καὶ οὐ φαινομένας βλέψαι ἐποίησα καὶ ἐφανέρωσα. ἐπάργεμα δὲ κυρίως τὰ λευκωματισθέντα, παρὰ τὸ ἀργόν* sch. M.

χαλκὸν, σίδηρον, ἄργυρον, χρυσόν τε τίς
φήσειεν ἂν πάροιθεν ἐξευρεῖν ἐμοῦ
* * * * * * ;
οὐδεὶς, σάφ' οἶδα, μὴ μάτην φλύσαι θέλων.
Βραχεῖ δὲ μύθῳ πάντα συλλήβδην μάθε,
πᾶσαι τέχναι βροτοῖσιν ἐκ Προμηθέως.

ΧΟΡΟΣ.

Μή νυν βροτοὺς μὲν ὠφέλει καιροῦ πέρα,
σαυτοῦ δ' ἀκήδει δυστυχοῦντος· ὡς ἐγὼ
εὔελπίς εἰμι τῶνδέ σ' ἐκ δεσμῶν ἔτι

---

502 *σίδαρον* et *χρυσὸν δὲ τίς* M. Post haec uno versu, quem ratio antithetica requirere videtur, de metallorum purgandorum fabricandorumque arte, cum igne illa conjuncta, dicere poterat.

505 *ταῦτα* M. *πάντα* libri multi.

507 Libri *μὴ νῦν*. Corr. Scaliger. In praesenti *ὠφέλει*, quod nonnullis fraudi fuit, non haerendum. Nam tempus praesens pro loquentis arbitrio vel arctius contrahi, vel latius extendi potest, et quamquam res a Prometheo enarratae praeteritae sunt, chori autem consilia ad instantia spectant, tamen oppositionis vis et adhortationis nervi ita ferunt ut hujus temporum diversitatis ratio non habeatur. *Tu homines nimium curas, te ipsum malo afflictum negligis : noli ita facere.*

509 Chorus Prometheum, si ea sollertia qua hominum commodis providit pro sua ipsius salute uti velit, liberatum iri sperat. Hanc unice veram esse hujus loci interpretationem docet Promethei responsum *τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ*. Planius dixisset *ἐκ δεσμῶν τέχνῃ λυθέντα* : sed tamen ne sic quidem loci sententiam obscuram puto. Schol. M. *ἀφ' ὧν λέγεις καὶ λυθήσῃ καὶ πλέον Διὸς ἰσχύσεις*, quasi *εὔελπίς εἰμι τοῖσδε* legisset; sed videtur de suo addidisse *ἀφ' ὧν λέγεις*, quorum verborum vim

λυθέντα μηδὲν μεῖον ἰσχύσειν Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ ταῦτα ταύτῃ μοῖρά πω τελεσφόρος
κρᾶναι πέπρωται, μυρίαις δὲ πημοναῖς
δύαις τε καμφθεὶς ὧδε δεσμὰ φυγγάνω·
τέχνη δ' ἀνάγκης ἀσθενεστέρα μακρῷ.

ΧΟΡΟΣ.

τίς οὖν ἀνάγκης ἐστὶν οἰακοστρόφος;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Μοῖραι τρίμορφοι μνήμονές τ' Ἐρινύες.

ΧΟΡΟΣ.

τούτων ἄρα Ζεύς ἐστιν ἀσθενέστερος.

---

voci τῶνδε inesse sibi persuasit schol. recentior. Inde Hartung εὔελπίς εἰμ' ἐκ τῶνδε, τῶν δεσμῶν σ' ἔτι, frustra virgula interposita inter verba necessario cohaerentia.

510 ἰσχύσει pr. ἰσχύσειν sec. M. His innui videtur Promethei cum Jove olim reconciliati maximam futuram esse gratiam.

511 Junge οὔπω τελεσφόρος μοῖρα πέπρωται (i. e. fere οὔπω τέλος ἔχει μοῖρα πεπρωμένη) ταῦτα ταύτῃ κρᾶναι: *nondum adimpleta sunt fata ut haec hunc exitum habeant.* μοῖρα (vulgo male Μοῖρα) πέπρωται dictum est ut τὴν πεπρωμένην αἶσαν v. 103, τὴν πεπρωμένην μοῖραν Herod. I, 91; κρᾶναι intransitive accipiendum, ut Choëph. versu penultimo. Utrumque probe intellexit Wieseler, quamquam de hoc loco conjecturas idem protulit parum probabiles, scholiastem alia habuisse sine justa causa opinatus.

513 καμφθεὶσ pr. κναμφθεὶς sec. M.

516 Frustra τρίσομφοι conjecit Wieseler pro τρίμορφοι, cujus vocis vim v. 212 docere poterat. Tellus erat πολλῶν ὀνομάτων μορφὴ μία, Parcae sunt ejusdem nominis et naturae formae tres, conjunctissimae illae ut etiam numero singulari τῆς Μοίρας appellatione comprehendantur. Ceterum cf. v. 906 sqq.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οὔκουν ἂν ἐκφύγοι γε τὴν πεπρωμένην.

ΧΟΡΟΣ.

τί γὰρ πέπρωται Ζηνὶ πλὴν ἀεὶ κρατεῖν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τοῦτ' οὐκ ἂν ἐκπύθοιο μηδὲ λιπάρει.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ πού τι σεμνόν ἐστιν ὃ ξυναμπέχεις.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἄλλου λόγου μέμνησθε, τόνδε δ' οὐδαμῶς
καιρὸς γεγωνεῖν, ἀλλὰ συγκαλυπτέος

---

519 πρὶν ἀεικρατεῖν M.

520 Libri οὐκ ἂν, οὐκ ἂν οὖν (sic M.), οὐκέτ' ἂν πύθοιο. Hoc Brunck recepit. οὐκ ἂν ἐκπύθοιο Hermann, idque postea repertum est in V., eodemque ducere videtur Medicei scriptura, in quo libro etiam v. 525 pro ἐκφυγγάνω primum scriptum erat συφυγγάνω. — Deinde μὴ δὲ M.

In hoc episodio Prometheus sua in genus humanum beneficia ita exponit, ut priore dictione ea quae a ratione pendent, altera ea quae cum divinatione conjuncta sunt comprehendat. Illa post exordium trium versuum, 436—38, cui respondet peroratio ternaria, 469—71, habet trimetros triginta, in octo, septem, octo, septem divisos. Altera dictio binionibus, 476. 7 et 505. 6, inclusos habet versus triginta, in sex, novem, novem, sex divisos: in medio posita sunt divinationis genera diversa, praemittitur medicorum ars, quam antiquitus a divinatione non disjunctam fuisse docet vox Aeschylea ἰατρόμαντις, sequitur metallorum sub terra abditorum non sine divino ingenio exploratio. Utramque dictionem chori quaternio excipit. Episodium claudit duobus Promethei quaternionibus inclusa stichomythia trimetrorum septem, medium locum obtinente versu gravissimo 518.

ὅσον μάλιστα· τόνδε γὰρ σώζων ἐγὼ
δεσμοὺς ἀεικεῖς καὶ δύας ἐκφυγγάνω.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. α'. Μηδάμ' ὁ πάντα νέμων
θεῖτ' ἐμᾷ γνώμᾳ κράτος ἀντίπαλον Ζεύς,
μηδ' ἐλινύσαιμι θεοὺς ὁσίαις θοί-
ναις ποτινισσομένα
βουφόνοις παρ' Ὠκεανοῦ πατρὸς ἄσβεστον πόρον,
μηδ' ἀλίτοιμι λόγοις·
ἀλλά μοι τοῦτ' ἐμμένοι καὶ μήποτ' ἐκτακείη.

ἀντ. α'. Ἁδύ τι θαρσαλέαις
τὸν μακρὸν τείνειν βίον ἐλπίσι, φαναῖς
θυμὸν ἀλδαίνουσαν ἐν εὐφροσύναις· φρίσ-
σω δέ σε δερκομένα

---

527 sqq. θεῖτο M. Dis majoribus minores sacra faciunt etiam apud Virg. Georg. 4, 380. Ovid. Metam. 8, 579. Fast. 2, 247. 4, 423, quos locos Schoemanno debeo. Verbis autem θεοὺς ὁσίαις θοίναις ποτινισσομένα innuitur haec sacra esse epulas ab Oceanidibus instructas, quibus et ipsae et dei ab iis vocati interessent, qualibus ad eundem Oceanum Aethiopes ab Homero dicuntur deos accipere, Il. 1, 423. Sic apud Ovidium *frigida coelestum matres Arethusa vocarat : venerat ad sacras* (ὁσίας) *et dea flava dapes* (θοίνας).

530 Ὠκεανοῖο Turnebus. Librorum scripturam revocavit Hermann.

532 τόδ' ἐμμένοι (prius μ addidit sec.) M. Scripsi τοῦτ', numeris stabilioribus, quos antistropha requirere videtur.

533. 34 Libri ἡδύ. Doricam formam restituit Hermann. Deinde τίνει pr. τείνειν rec. M.

μυρίοις μόχθοις διακναιόμενον — — ◡ — ·
Ζῆνα γὰρ οὐ τρομέων,
οἰόφρων γνώμαν, σέβει θνατοὺς ἄγαν, Προμηθεῦ.

Φέρ' ὅπως ἄχαρις χάρις, ὦ φίλος· εἰπὲ ποῦ τίς στρ. β'.
ἀλκά;
τίς ἐφαμερίων ἄρηξις; οὐδ' ἐδέρχθης
ὀλιγοδρανίαν ἄκικυν,
ἰσόνειρον, ᾇ τὸ φωτῶν
ἀλαὸν δέδεται γένος ἐμπεποδισμένον; οὔπως

---

537 Elegantissime Heimsoeth μυρίοις δέμας διακναιόμενον μοχθήμασιν.

539 Libri ἰδίᾳ γνώμᾳ, interpretamentum manifestum, quod tuentes Bergk et Hermann in versu antithetico scribendum putarunt μάλα μοι τοῦτ' ἐμμένοι, numeris ab hujusmodi strophae clausula alienis. Reisig αὐτογνωμόνως, secunda syllaba praeter usum correpta. Dindorf αὐτόνῳ γνώμᾳ. Meineke αὐτόβουλος ὤν. Scribere ausus sum οἰόφρων γνώμαν, coll. Suppl. 795 et Soph. Ai. 614 φρενὸς οἰοβώτας.

540 ἀχάρισ ἄχαρισ M. χάρις ἄχαρις ceteri. Emendavit Turnebus, recte interpretatur Hermann : *En, ut ingrata* (mortalium) *gratia est*. Deinde πού τις M. πού τίς Turn. ποῦ τίς per duplicem interrogationem bene Vit. Dind. Herm.

543 Prima in ἰσόνειρον produci videtur. Reisig αὐτόνειρον. Hermann versum antitheticum scripsit λέχος εἰς σὸν ὑμεναίουν. Deinde ᾇ sec. M. ᾇσ, ut videtur, pr. αἷς libri nonnulli.

544 Libri ἀλαὸν γένος ἐμπεποδισμένον; οὔποτε. Eleganter δέδεται post ἀλαὸν inseruerunt Meineke, Paley, Hermann. Sic Anth. Pal. VI, 296 ἐκ γήρως δ' ἀδρανίῃ δέδεται. Deinde οὔπω Hermann. Melius οὔπως Paley, quum εἶμι ejusque composita

τὰν Διὸς ἁρμονίαν βροτῶν παρεξίασι βουλαί.

ἀντ. β′. Ἔμαθον τάδε σὰς προσιδοῦσ᾽ ὀλοὰς τύχας, Προμηθεῦ.
τὸ διαμφίδιον δέ μοι μέλος προσέπτα
τόδ᾽ ἐκεῖνό θ᾽ ὅτ᾽ ἀμφὶ λουτρὰ
καὶ λέχος σὸν ὑμεναίουν
ἰότατι γάμων, ὅτε τὰν ὁμοπάτριον ἕδνοις
ἄγαγες Ἡσιόναν πιθὼν δάμαρτα κοινόλεκτρον.

---

apud atticos futuri vim habeant, coll. Hom. Od. 5, 103 οὔπως ἔστι Διὸς νόον αἰγιόχοιο . . παρεξελθεῖν. Dindorf maluit οὔποτε θνατῶν et v. sq. ἀνδρῶν.

545 Libri θνατῶν. Hermann conj. βροτῶν responsionis causa. ὑψηλῶς καὶ τραγικῶς τὸ τῆς εἱμαρμένης ὄνομα Διὸς ἁρμονίαν εἶπεν sch. M.

547 τὸ διαμφίδιον· διαπαντὸς κεχωρισμένον, ἐναντίον τῷ νῦν sch. M. similia Hesychius in v. διαμφίδιον μέλος.

548 ἐκεῖν᾽ ὅτε τότ᾽ M. ἐκεῖνό τε ὅτ᾽ et ὅ, τ᾽ libri nonnulli. ἐκεῖνό θ᾽ ὅ, τ᾽ Vict. Dind. ἐκεῖνό θ᾽ ὅτ᾽, quamquam sequente altero ὅτε, ex usu Graecorum recte Brunck, Hermann, Hartung.

551 πείθων pr. et sch. M. Oceanidum sororem intelligunt scholia, quorum auctoritas aliis veterum testimoniis confirmatur. Nam Acusilaus apud schol. ad Hom. Od. 10, 2, fr. 7 Müller, Hesionam, Promethei uxorem, Oceani filiam refert, atque etiam Asia, quae ab Hesiona non differre videtur, necnon Clymene, quae et ipsa Promethei vel mater vel uxor dicitur, inter Oceanides numerantur. Attamen mirum est germanam, τὰν ὁμοπάτριον, a choro vocari nympham Thetyis Oceanique filiam: quamobrem Hermann Promethei sororem dici putat. Nescio an Aeschylus scripserit ὁμοπαιόστριαν vel ὁμοπαίκτριαν.

ΙΩ.

Τίς γῆ; τί γένος; τίνα φῶ λεύσσειν
τόνδε χαλινοῖς ἐν πετρίνοισιν
χειμαζόμενον;
τίνος ἀμπλακίας ποινὰς ὀλέκει;
σήμηνον ὅπῃ
γῆς ἡ μογερὰ πεπλάνημαι.

Ἆ ἆ, ἔα ἔα·
χρίει τις αὖ με τὰν τάλαιναν οἶστρος,
εἴδωλον Ἄργου γηγενοῦς,

552—54 τὸ τῆς Ἰοῦς ἐπεισόδιον μονῳδεῖ μέν, ἔχει δὲ πρὸς τὸ ὑποκείμενον συναφές, ὅτι μαντεύεται αὐτῇ ὁ Προμηθεὺς ὅτι ἀπ' αὐτῆς ἔσται ιγ', ὃς αὐτῷ χρόνῳ ἐπαμυνεῖ. ἄλλως τε καὶ αὐτὴ ὑπὸ Διός φησιν ἠδικῆσθαι καὶ διὰ τοῦτο παραμυθεῖται τὸν Προμηθέα schol. M. λεύσειν pr. τόνδε χαλινοῖσιν ἐν πετρίνοισι M. Deinde χειμαζόμενον translate accipio, ut θεόσσυτον χειμῶνα 640. Cf. Soph. Phil. 1460.

555. 56 Poëticae dictionis vim minuit Stephani conjectura nonnullis probata ποινά σ' ὀλέκει. Eadem ad diverbii modum redacta habes v. 617. Deinde ὅποι M. ὅπῃ plerique.

558 ἔα ἔα delet Dindorf, ut v. 114, fortasse recte.

559 αὖ (hoc sec. in litura) με τάλαιναν οἶστροισ (οἶστροσ rec.) M. τὰν ex aliis libris additum. ἐμμανὴς οὖσα ὑπὸ τοῦ οἴστρου φαντάζεται schol. M. At verba sequentia docent oestrum hic translate pro furore dictum esse, sapienter poëta, quum res sub spectatoris oculis agatur, asilum, vaccarum pestem, non monstrante, sed tamen verbo ipso quodammodo significante, eadem arte qua Ionem non mutavit in vaccam, sed cornua capiti virgineo imponere satis habuit (584. 671). Attamen infra in Ionis narratione verba ὀξυστόμῳ μύωπι, v. 672, sine dubio de ipso insecto accipienda.

ἄλευ' ἇ δᾶ,
τὸν μυριωπὸν εἰσορῶσα βούταν.
ὁ δὲ πορεύεται δόλιον ὄμμ' ἔχων,
ὃν οὐδὲ κατθανόντα γαῖα κεύθει.
ἀλλ' ἐμὲ τὰν τάλαιναν κἀξ ἐνέρων περῶν
κυναγετεῖ πλανᾷ τε νῆστιν ἀνὰ τὰν
παραλίαν ψάμμαν.

---

561 *ἄλευ ἇ δᾶ* (*αλευ* in litura, *ω δα* pr., accentus addidit sec.) *φοβοῦμαι* M. *ἄλευ' ὦ δᾶ*, *ἄλευ' ἁ δᾶ*, *ἀλευάδα* ceteri. *φοβοῦμαι* omittunt Vindobonenses duo. Illa scholiastae vel divisim pro *ἔκκλινε ὦ γᾶ*, vel conjunctim pro vocativo patronymici *Ἀλευάδας* accipi volunt. *ἄλευε δᾶ* Hermann, trimetrum requiri ratus. *ἄλευ δᾶ*, ut tres trimetri catalectici se exciperent, Dindorf, qui inauditam apocopen significari putat glossa Etym. M. p. 60, ubi interjectio Aeschylea collato *φεῦ δᾶ* i. e. *φεῦ γῆ* illustratur. Sed etiam in Etym. M. bis legitur *ἀλευάδα*, eandemque scripturam firmat altera scholiorum Aeschyleorum quamvis absurda interpretatio. Itaque non ausus sum delere *ἁ*. Sed *φοβοῦμαι*, interpretamentum ad fulciendam constructionem additum, recte ejecerunt Dindorf et Hermann : miserae enim non magis oratio quam mens constat.

563 Oculi maligni fascinationem dicere videtur. *γρ. θολερόν* schol. P., quod recepit Hartung. *δόλιον ἅμμ'* i. e. laqueum, coll. Apollodor. II, 1, 3. Ovid. Metam. I, 631, conj. Wieseler.

565 *ἀλλά με* et *ἐξ ἐνέρων* libri. *ἀλλ' ἐμὲ* Brunck. *κἀξ ἐνέρων* scripsi ad sustentandos numeros, qui cohaerere videntur.

566. 67 *κυνηγετεῖ* M. *κυναγεῖ* Hermann, ut dochmium efficeret. Deinde *ψάμμαν* pr. *ψάμμον* rec. M. Illud tuetur Dindorf coll. Aristoph. Lysistr. 1260.

Ὑπὸ δὲ κηρόπακτος ὀτοβεῖ δόναξ στρ.
ἀχέτας ὑπνοδόταν νόμον.
ἰὼ ἰὼ πόποι, ποῖ μ' ἄγουσιν ◡ —
πολύπλανοι πλάναι;
τί ποτέ μ', ὦ Κρόνιε παῖ, τί ποτε ταῖσδ'
ἐνέζευξας εὑρὼν ἁμαρτοῦσαν ἐν
πημοσύναις, ἐή,
οἰστρηλάτῳ δὲ δείματι δειλαίαν
παράκοπον ὧδε τείρεις;
πυρί με φλέξον, ἢ χθονὶ κάλυψον, ἢ
ποντίοις δάκεσι δὸς βοράν,

---

568. 69 Hinc antistrophica incipiunt, quod primus intellexit Hermann, tibicinis cantu ad Ionis vocem accedente: v. Heimsoethium, subtilem numerorum aestimatorem, l. l. p. 318. — κηρόπλαστος, quod esset ex cera fictus, libri. κηρόπακτος, i. e. calami cera conjuncti, Meineke. Deinde pro ὑπνοδόταν speciose ὑπνολέταν Hartung. At illud agnoscit Plutarchus, de ira cohibenda p. 456, neque hic locus respuit. Sane Io vaga, terroribus exagitata, requiescere nequit; sed eadem cursu assiduo defessa est. Hanc lassitudinem referunt tibiae modi, ad fistulae pastoriciae similitudinem remissi somnumque invitantes; terroris et dementiae stimulos exprimit ipsius miserae cantus, numeris modo acriter concitatis, modo languide subsidentibus.

570. 71 ἰὼ ἰὼ ποῖ ποῖ 'πὂπ'οἰ'πό 'πόι πῆ μ' ἄγουσι τηλεπλαγκτοι πλάνοι M. πλάναι libri plerique. Emendarunt Seidler et Hermann. Hic ἰὼ ἰὼ πόποι, ποῖ μ' ἄγουσιν . . τηλεπλάνοι πλάναι, suppleto μακραί vel χθονός. Dind. πάλιν excidisse suspicatur, Meineke πλάναι, idemque versus antithetici causa πολύπλανοι πλάναι, ut infra, scribendum esse monuit.

574 πημοναῖσιν ἒ· ἒ· M. Corr. Hermann et Dindorf.

577. 78 με inseruit Elmsley. Mox ποντίοισι M.

μηδέ μοι φθονήσῃς
εὐγμάτων, ἄναξ.
ἅδην με πολύπλανοι πλάναι
γεγυμνάκασιν, οὐδ' ἔχω μαθεῖν ὅπα
πημονὰς ἀλύξω.
κλύεις φθέγμα τᾶς βούκερω παρθένου;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πῶς δ' οὐ κλύω τῆς οἰστροδινήτου κόρης,
τῆς Ἰναχείας; ἣ Διὸς θάλπει κέαρ
ἔρωτι, καὶ νῦν τοὺς ὑπερμήκεις δρόμους
Ἥρᾳ στυγητὸς πρὸς βίαν γυμνάζεται.

ΙΩ.

ἀντ. Πόθεν ἐμοῦ σὺ πατρὸς ὄνομ' ἀπύεις;
εἰπέ μοι τᾷ μογερᾷ τίς ὤν,
τίς ἄρα μ', ὦ τάλας, τὰν ταλαίπωρον ὧδ'
ἔτυμα προσθροεῖς,
θεόσυτόν τε νόσον ὠνόμασας, ἃ

---

582 ὅπη M.

584 Libri choro tribuunt, antitheticum Ioni. Utrumque Ionis esse perspexerunt Hermann et Elmsley. Sed tamen hic versus intervallo a superioribus distinguitur: nam post concitatos iambos per tetrapodiam et hexapodiam decurrentes numerorum impetus concidit in verbis πημονὰς ἀλύξω. Quae qui sequitur versus vel sine cantu recitabatur, ut videtur Heimsoethio, vel potius, ut proodus, assa voce canebatur.

588 γυμνάιζεται M.

593 Libri θεόσσυτόν τε et 597 λαβρόσσυτος. Numeris providit Hermann.

μαραίνει με χρίουσα κέντροις ⏑ —
φοιταλέοις, ἒ ἤ.
σκιρτημάτων δὲ νήστισιν αἰκίαις
λαβρόσυτος ἦλθον, Ἥρας
ἐπικότοισι μήδεσι δαμεῖσα. δυσ-
δαιμόνων δὲ τίνες οἳ, ἒ ἤ,
οἷ' ἐγὼ μογοῦσιν;
ἀλλά μοι τορῶς
τέκμηρον ὅ τι μ' ἐπαμμένει
παθεῖν, τί μῆχαρ, ἢ τί φάρμακον νόσου,
δεῖξον, εἴπερ οἶσθα·
θρόει, φράζε τᾷ δυσπλάνῳ παρθένῳ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Λέξω τορῶς σοι πᾶν ὅπερ χρῄζεις μαθεῖν,
οὐκ ἐμπλέκων αἰνίγματ', ἀλλ' ἁπλῷ λόγῳ,

---

594. 95 Libri fere κέντροισι φοιταλέοισιν · ἒ . ἔ· Hermann correxit et ad lacunam explendam κέντροις φρένας vel κεντήμασιν conjecit.

596. 97 νήστησιν, ut videtur, pr. νήστισιν rec. M. Deinde Ἥρας inseruit Hermann ex scholio Med. τοῖς τῆς Ἥρας, quod qui scripsit ipse quidem non integriora habuisse, sed antiquiorem commentarium secutus esse videtur. Supplementum firmat v. 588.

599. 600 τίνες οἳ ἒ ἒ οἷ' ἐγὼ M. τίνες οἳ plerique.

603 τί μὴ χρὴ φάρμακον νόσου M. Elmsleii egregiam emendationem τί μῆχαρ; τί φάρμακον νόσου perfecit J. Fr. Martin. εἴ τι φάρμακον mavult Wieseler, cui non assentior.

605 φράζετε M. φράζε τᾷ libri nonnulli et Turn.

606 ὅτι M. ὅ alii. ὅπερ ex Etym. M. p. 762, 30 et Et. Gud. p. 532, 32, ubi hi tres versus ut Sophoclis afferuntur, restituit Porson.

ὥσπερ δίκαιον πρὸς φίλους οἴγειν στόμα.
πυρὸς βροτοῖς δοτῆρ' ὁρᾷς Προμηθέα.

ΙΩ.

Ὦ κοινὸν ὠφέλημα θνητοῖσιν φανείς,
τλῆμον Προμηθεῦ, τοῦ δίκην πάσχεις τάδε;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἁρμοῖ πέπαυμαι τοὺς ἐμοὺς θρηνῶν πόνους.

ΙΩ.

οὔκουν πόροις ἂν τήνδε δωρεὰν ἐμοί;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

λέγ' ἥντιν' αἰτεῖ· πᾶν γὰρ ἂν πύθοιό μου.

ΙΩ.

σήμηνον ὅστις ἐν φάραγγί σ' ὤχμασεν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

βούλευμα μὲν τὸ Δῖον, Ἡφαίστου δὲ χείρ.

ΙΩ.

ποίων δὲ ποινὰς ἀμπλακημάτων τίνεις;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τοσοῦτον ἀρκῶ σοι σαφηνίσας μόνον.

---

614 *οὖν πύθοιό μου* M. Libri variant fere ut v. 520. *ἂν πύθοιό μου* schol. P. Brunck.

617 Legebatur *ποινὰς δὲ ποίων ἀμπλακημάτων*. Verba transposui.

618 Libri *ἀρκῶ σοι σαφηνίσαι*, quod esset 'tibi valeo dicere'. Requiritur *ἀρκεῖ σοι σαφηνίσαι* aut *ἀρκῶ σοι σαφηνίσας*: *tantum me tibi patefecisse sufficit.* Illud dedit Hartung, hoc praestare intellexerunt Keck et Meineke.

ΙΩ.

Καὶ πρός γε τούτοις τέρμα τῆς ἐμῆς πλάνης
δεῖξον τίς ἔσται τῇ ταλαιπώρῳ χρόνος.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τὸ μὴ μαθεῖν σοι κρεῖσσον ἢ μαθεῖν τάδε.

ΙΩ.

μήτοι με κρύψῃς τοῦθ᾽ ὅπερ μέλλω παθεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἀλλ᾽ οὐ μεγαίρω τοῦδέ σοι δωρήματος.

ΙΩ.

τί δῆτα μέλλεις μὴ οὐ γεγωνίσκειν τὸ πᾶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

φθόνος μὲν οὐδείς, σὰς δ᾽ ὀκνῶ θράξαι φρένας.

ΙΩ.

μή μου προκήδου μᾶσσον ὡς ἐμοὶ γλυκύ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἐπεὶ προθυμεῖ, χρὴ λέγειν· ἄκουε δή.

ΧΟΡΟΣ.

Μήπω γε· μοῖραν δ᾽ ἡδονῆς κἀμοὶ πόρε.

---

623 τοῦδε τοῦ δωρήματοσ M. et plerique. τοῦ omittunt libri pauci. τοῦδέ σοι Turnebus.

624 μὴ pr. οὐ superscripsit sec. M.

626 μᾶσσον ἢ ὡς ἐμοί Brunck. μασσόνως ἢ 'μοί Elmsleio auctore Hermann, addita conjectura μᾶσσον ὦν ἐμοί. Vulgatam Homerico μελάντερον ἠΰτε πίσσῃ, Il. 4, 377, et Lysiae locis 7, 12. 31 tuentur Bekker (Homerische Blätter p. 314) et Meineke. Aliter accepisse videtur schol. Med., qui adscripsit τὸ ἀκούειν, verba ὡς ἐμοὶ γλυκύ, nisi fallor, ἐπεὶ ἐμοὶ γλυκύ ἐστι interpretatus.

τὴν τῆσδε πρῶτον ἱστορήσωμεν νόσον,
αὐτῆς λεγούσης τὰς πολυφθόρους τύχας·
τὰ λοιπὰ δ' ἄθλων σοῦ διδαχθήτω πάρα.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Σὸν ἔργον, Ἰοῖ, ταῖσδ' ὑπουργῆσαι χάριν,
ἄλλως τε πάντως καὶ κασιγνήταις πατρός.
ὡς τἀποκλαῦσαι κἀποδύρασθαι τύχας
ἐνταῦθ', ὅπου μέλλοι τις οἴσεσθαι δάκρυ
πρὸς τῶν κλυόντων, ἀξίαν τριβὴν ἔχει.

ΙΩ.

Οὐκ οἶδ' ὅπως ὑμῖν ἀπιστῆσαί με χρή,
σαφεῖ δὲ μύθῳ πᾶν ὅπερ προσχρῄζετε
πεύσεσθε· καίτοι καὶ λέγουσ' αἰσχύνομαι
θεόσσυτον χειμῶνα καὶ διαφθορὰν
μορφῆς, ὅθεν μοι σχετλίᾳ προσέπτατο.

---

629. 30 αὐτῆσ M. ἱστορήσομεν et λεγούσασ pr. M.

631 Post stropham trimetris quattuor, 585—88, Prometheus Ionis nomen, genus, fortunam declaraverat, post antistropham totidem trimetris, 606—9, quis ipse sit ostendit. Inverso ordine 610—18 de Promethei supplicio, stichomythia antithetica de Ionis laboribus agitur: uterque locus ternis terque binis versibus cupide interrogantis et gravate respondentis diverbium comprehendit. Responsionem animadvertit Hermann, per singula persecutus est Ribbeck. Additur chori clausula quaternaria.

634. 35 Libri ὡς, ὡς κ' (sic M.), ὥστ', ὡς τ'. Deinde ὅποι μέλλοι M. ὅποι et ὅπη μέλλει alii. ὅπου Ellendt, Hartung.

639 ὀδύρομαι M. et libri plerique, adscripto γρ. αἰσχύνομαι. Wieseler suspicatur ὀρίνομαι. Sed prava lectio interpreti ad v. 634 respicienti deberi videtur.

Ἀεὶ γὰρ ὄψεις ἔννυχοι πωλεύμεναι
ἐς παρθενῶνας τοὺς ἐμοὺς παρηγόρουν
λείοισι μύθοις "ὦ μέγ' εὔδαιμον κόρη,
τί παρθενεύει δαρὸν, ἐξόν σοι γάμου
τυχεῖν μεγίστου; Ζεὺς γὰρ ἱμέρου βέλει
πρὸς σοῦ τέθαλπται καὶ συναίρεσθαι Κύπριν
θέλει· σὺ δ', ὦ παῖ, μὴ 'πολακτίσῃς λέχος
τὸ Ζηνὸς, ἀλλ' ἔξελθε πρὸς Λέρνης βαθὺν
λειμῶνα, ποίμνας βουστάσεις τε πρὸς πατρὸς,
ὡς ἂν τὸ Δῖον ὄμμα λωφήσῃ πόθου".
Τοιοῖσδε πάσας εὐφρόνας ὀνείρασιν
συνειχόμην δύστηνος, ἔστε δὴ πατρὶ
ἔτλην γεγωνεῖν νυκτίφοιτα φάσματα.
ὁ δ' ἔς τε Πυθὼ κἀπὶ Δωδώνης πυκνοὺς
θεοπρόπους ἴαλλεν, ὡς μάθοι τί χρὴ
δρῶντ' ἢ λέγοντα δαίμοσιν πράσσειν φίλα.
Ἧκον δ' ἀναγγέλλοντες αἰολοστόμους

---

642 *αἰεὶ* M. Idem liber servavit formam Homericam *πωλεύμεναι*. Cf. *εἰσοιχνεῦσιν* v. 122.

643 *εὐδαίμων* pr. *ο* superscripsit sec. M. Illud probant Elmsley et Hermann.

647 *συναίρεσθαι Κύπριν* recte *συνουσιάσαι* exponit schol. M., male *θέλει συμβοηθῆσαι αὐτῷ καὶ τὴν Κύπριν* schol. A.

654 Libri *νυκτίφοιτ'* et *νυκτίφαντ'* (sic M.) *ὀνείρατα*, quae est glossa e v. 652 illata. *νυκτίφοιτα δείματα*, suspicatur A. Nauck, coll. Lycophr. 225. Huic loco aptius videtur *νυκτίφοιτα φάσματα* : modestius *φάσμα νυκτός* Soph. El. 502.

657 *φίλωι* pr. *φίλα* rec. M. *φίλα* aut *φίλον* ceteri.

χρησμοὺς ἀσήμους δυσκρίτως τ' εἰρημένους.
τέλος δ' ἐναργὴς βάξις ἦλθεν Ἰνάχῳ
σαφῶς ἐπισκήπτουσα καὶ μυθουμένη
ἔξω δόμων τε καὶ πάτρας ὠθεῖν ἐμὲ,
ἄφετον ἀλᾶσθαι γῆς ἐπ' ἐσχάτοις ὅροις·
κεἰ μὴ θέλοι, πυρωπὸν ἐκ Διὸς μολεῖν
κεραυνὸν, ὃς πᾶν ἐξαϊστώσοι γένος.
τοιοῖσδε πεισθεὶς Λοξίου μαντεύμασιν
ἐξήλασέν με κἀπέκλεισε δωμάτων
ἄκουσαν ἄκων· ἀλλ' ἐπηνάγκαζέ νιν
Διὸς χαλινὸς πρὸς βίαν πράσσειν τάδε.
Εὐθὺς δέ μορφὴ καὶ φρένες διάστροφοι
ἦσαν, κεραστὶς δ', ὡς ὁρᾶτ', ὀξυστόμῳ
μύωπι χρισθεῖσ' ἐμμανεῖ σκιρτήματι
ᾖσσον πρὸς εὔποτόν τε Κερχνείας ῥέος
Λέρνης τε κρήνην· βουκόλος δὲ γηγενὴς
ἄκρατος ὀργὴν Ἄργος ὡμάρτει, πυκνοῖς
ὄσσοις δεδορκὼς τοὺς ἐμοὺς κατὰ στίβους.

---

659. 60 ἀσήμως Turn. aliique. Deinde ἦλθε βάξις libri pauci, quod nescio an praestet.

663 ἄφετα dici ea animalia quae in templorum usum a ceteris segregata libere vagari patiebantur, monuit Blomfield.

664. 65 πυρωτὸν M. Deinde libri ἐξαϊστώσει : corr. Blomfield.

667 κἀπέκλεισεν M.

673. 74 κερχνείας M. et schol. M. κεγχρείας, formam vulgarem, plerique. Deinde libri λέρνης ἄκρην τε (sic M.) vel ἄκραν τε vel ἄκρον τε. Ex schol. A. Λέρνης τε κρήνην Canter. ἀκτήν τε Λέρνης conj. Blomfield. Λέρνης τ' ἐς ἀκτήν Hermann. ἄκραν τε, quod schol. M. habuisse videtur, tuetur Wieseler.

ἀπροσδόκητος δ' αὐτὸν ἐξαίφνης μόρος
τοῦ ζῆν ἀπεστέρησεν. οἰστροπλὴξ δ' ἐγὼ
μάστιγι θείᾳ γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνομαι.
Κλύεις τὰ πραχθέντ'· εἰ δ' ἔχεις εἰπεῖν ὅ τι
λοιπὸν πόνων, σήμαινε· μηδέ μ' οἰκτίσας
σύνθαλπε μύθοις ψευδέσιν· νόσημα γὰρ
αἴσχιστον εἶναί φημι συνθέτους λόγους.

ΧΟΡΟΣ.

Ἔα ἔα, ἄπεχε, φεῦ.
οὔπωποτ' οὔπωποτ' ηὔχουν ξένους
μολεῖσθαι λόγους ἐς ἀκοὰν ἐμάν,
οὐδ' ὧδε δυσθέατα καὶ δύσοιστα,
πήματα, λύματα, δείματα κέντρῳ
ψύχειν ψυχὰν ἀμφάκει.

---

677 *αὐτὸν αἰφνίδιος* libri. *αἰφνίδιος αὐτὸν* Porson. Hesychii glossa *ἀφνίδια· αἰφνιδίως, ἄφνω* usi, *ἀφνίδιος* Elmsley, Dindorf, *αἰφνίδια* Hermann. Bene *ἐξαίφνης*, in libris nonnullis pro interpretatione adscriptum, Gaisford et Heimsoeth.

680—82 *ἔτι λοιπὸν πόνον* M. *ὅ, τι* Turnebus. *πόνων* libri multi. Deinde *ψεύδεσσιν* pr. M. Homerica *μηδέ τί μ' αἰδόμενος μειλίσσεο μηδ' ἐλεαίρων, ἀλλ' εὖ μοι κατάλεξον*, Odyss. 3, 96, affert schol. M.

632—83 Quinque Promethei versibus 632—36 versibus quinque 637—41 Io respondet. Sequitur narratio, in qua somniorum delinimenta 642—51 opponuntur miserae virginis conditioni 670—79. His locis denariis interponuntur periodi hujus formae 3, 3. 2, 4, 2, 4. Adjicitur clausula quaternaria 680—83.

685 *οὔποτ' οὔποτ' ηὐχόμην* M. *ηὔχουν* schol. M. et libri nonnulli. *οὐπώποτ'* alii, unde numeros restituit Hermann.

687 *καὶ* omittit M.

688. 89 Libri *δείματ' ἀμφήκει κέντρῳ ψύχειν ψυχὰν ἐμάν*.

ἰὼ ἰὼ μοῖρα μοῖρα,
πέφρικ᾽ εἰσιδοῦσα πρᾶξιν Ἰοῦς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Πρῴ γε στενάζεις καὶ φόβου πλέα τις εἶ·
ἐπίσχες ἔστ᾽ ἂν καὶ τὰ λοιπὰ προσμάθῃς.

ΧΟΡΟΣ.

λέγ᾽, ἐκδίδασκε· τοῖς νοσοῦσί τοι γλυκὺ
τὸ λοιπὸν ἄλγος προὐξεπίστασθαι τορῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ᾽ ἐμοῦ πάρα
κούφως· μαθεῖν γὰρ τῆσδε πρῶτ᾽ ἐχρῄζετε
τὸν ἀμφ᾽ ἑαυτῆς ἆθλον ἐξηγουμένης·
τὰ λοιπὰ νῦν ἀκούσαθ᾽, οἷα χρὴ πάθη
τλῆναι πρὸς Ἥρας τήνδε τὴν νεάνιδα.
σύ τ᾽, Ἰνάχειον σπέρμα, τοὺς ἐμοὺς λόγους
θυμῷ βάλ᾽ ὡς ἂν τέρματ᾽ ἐκμάθῃς ὁδοῦ.

Anapaestos restitui ejecto ἐμάν, quod ex versu 686 irrepsisse videtur, et transposito ἀμφήκει vel potius ἀμφάκει. Hermann omisso δείματα scripsit ἀμφήκει σὺν κέντρῳ. Dindorf dedit δείματ᾽ ἐμάν et ψήξειν ψυχάν fere ex Meinekii conjectura, quae loco dissimili Stob. Flor. 38, 53 minime commendatur : ibi enim animus invidia, ut ferrum robigine, paullatim corrodi (ἐξαναψήχει) dicitur; hic subitus horror animum perfrigefacit, ψύχει, sicut Eum. 160 Furiae convicii flagello, κέντρῳ, perculsae gelantur, βαρὺ τὸ περίβαρυ κρύος ἔχειν.

690. 91 Alterum ἰὼ delendum videtur. Deinde ἐσιδοῦσα M.

692 πρῶγε pr. πρῶιγε sec. M. πρό γε rec. et sic vulgo. πρῴ γε Brunck. πρῴ *justo prius* Soph. Trach. 631. Plato Parmen. p. 135 C.

702 θυμῷ μάθ᾽ M. Emendate ceteri.

Πρῶτον μὲν ἐνθένδ' ἡλίου πρὸς ἀντολὰς
στρέψασα σαυτὴν στεῖχ' ἀνηρότους γύας·

703 De Ionis erroribus multa et docta, imo plura et doctiora quam velis, scripta sunt. In universum tria tenenda. Primum inter omnes sani judicii interpretes convenit, haec ad verum locorum situm redigi non posse. Nam paucis exceptis, quae Aeschyli civibus bene nota erant, reliqua vel ex incertis rumoribus pendent vel plane fabulosa sunt. Alterum est, quod ex Europa septentrionali tranato Bosporo Cimmerio per Asiam et extremas orientis oras in Aegyptum Io venit, ac magnopere errant qui eam ex Asia rursus in Europam reductam per ultimum occidentem circumagunt. Tam miram itineris replicationem ne verbo quidem significavit poëta, obstantque et alia de quibus infra monebimus et ea quae de tertia trilogiae fabula traduntur. Ibi enim quum constet Herculem extrema occidentis loca peragraturum a Prometheo iter edoctum esse, non puto bis fere eadem Aeschylum exposuisse, sed ita potius conformasse utriusque fabulae partes geographicas, ut alteri alteram opponeret orarumque terrae enarrationem fere integram compleret. Tertium addo, quod viros doctos qui in has res inquisiverunt frustra habuit. Variis enim plerique artificiis usi sunt ut Promethei et Supplicum locos de Ionis erroribus inter se conciliarent, quum poëta pro re diversa diversas rationes secutus sit. In nostra tragoedia quum Inachi filiam, ut Prometheum conveniret, in remotissimas terrae partes abduxisset, hac occasione data etiam reliquum iter mirabiliter auctum per longinqua et ignota fieri voluit. In Supplicibus vero, v. 538 sqq., tranato Bosporo Thracio per Asiae quam vocamus minorem populos Syriamque in Aegyptum pervenit : ibi enim nulla causa erat a simplici directaque via discedendi. Aeschylus autem non magis quam ceteri poëtae tragici easdem fabulas ubique eodem modo tractandas esse putavit. Hujus rei exemplum extat Penthei mors, quem Eumenidum v. 25 in Parnasso a Bacchis interfectum esse dicit, in Xantriis vero cum plurimis auctoribus montem Cithaeronem nominaverat.

704 Sic M. et plerique. Pauci *τρέψασα*, quod recepit

Σκύθας δ' ἀφίξει νομάδας, οἳ πλεκτὰς στέγας
πεδάρσιοι ναίουσ' ἐπ' εὐκύκλοις ὄχοις,
ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτυμένοι·
οἷς μὴ πελάζειν, ἀλλὰ γυῖ' ἁλιστόνοις
χρίμπτουσα ῥαχίαισιν ἐκπερᾶν χθόνα.
* * * * * *
* * * * * *
λαιᾶς δὲ χειρὸς οἱ σιδηροτέκτονες

Hermann, ut 'pergere potius versus orientem quam se retro vertere' Io diceretur. Sed στρέψασα in eam cadere videtur quae nunc Prometheum aspicit, mox alio os gradumque convertet. Deinde ἀνηρότους γύας per oxymoron dictum est.

706. 7 νέουσ' M. Deinde vulgo ἐξηρτημένοι, quod quum accusativum τόξα potius requireret, Dindorf scripsit ἐξηρτυμένοι (sic Arundelianus). Voces saepe confunduntur. Hesychius ἐξηρτημένοι· κρεμάμενοι ἢ κεκοσμημένοι, quarum interpretationum altera ad ἐξηρτυμένοι pertinere videtur.

708 Mire ἁλιστόνοις γύποδας libri fere omnes. πόδας Turnebus. Monstrum verbi ex voce γυῖα ejusque interpretatione πόδας ortum esse intellexit Hermann, cujus egregiam conjecturam γυῖ' ἁλιστόνοις, ab ipso non receptam, merito probarunt Schoemann, Heimsoeth, Meineke. Hic scholion novicium Γύποδας· ἔθνος ἀντὶ τοῦ Γηγενεῖς ad Gepidas, qui a scriptoribus Byzantinis etiam Γήπαιδες vocantur, referendum esse monuit.

710 Hic narrationem hiare perspexit Foſs p. 24. Nam supra ab altera (dextra) parte Scythas Nomades, ab altera (laeva) mare (exterum) habebat. Nunc si Chalybes ad sinistram habitantes vitare jubetur, eam longius progressam ex Nomadum terra in aliam Scythiae regionem transiisse patet, quod etiam verbis ἐκπερᾶν χθόνα significatur. His declarandis duo versus sufficere poterant. Ceterum Chalybes σιδηροτέκτονας, qui in Ponti Euxini littore meridionali sedes habebant, etiam Sept. 718. 805 in Scythiam σιδηρομήτορα Aeschylus transfert.

οἰκοῦσι Χάλυβες, οὓς φυλάξασθαί σε χρή.
ἀνήμεροι γὰρ οὐδὲ πρόσπλατοι ξένοις.
Ἥξεις δ' Ὑβριστὴν ποταμὸν οὐ ψευδώνυμον,
ὃν μὴ περάσῃς, οὐ γὰρ εὔβατος περᾶν,
πρὶν ἂν πρὸς αὐτὸν Καυκασον μόλῃς, ὀρῶν
ὕψιστον, ἔνθα ποταμὸς ἐκφυσᾷ μένος
κροτάφων ἀπ' αὐτῶν· ἀστρογείτονας δὲ χρὴ
κορυφὰς ὑπερβάλλουσαν ἐς μεσημβρινὴν
βῆναι κέλευθον, ἔνθ' Ἀμαζόνων στρατὸν
ἥξεις στυγάνορ', αἳ Θεμίσκυράν ποτε

---

712 *πρόσπλαστοι* libri, quam formam vitiosam correxit Elmsley. V. ad v. 374.

713 *ὑβριστὴν* vulgo. *τὸν Ἀράξην, παρὰ τὸ ἀράσσειν καὶ ἠχεῖν τὰ κύματα αὐτοῦ* schol. *τοῦ δὲ Μασσαγετικοῦ τούτου Ἀράξου μέμνηται καὶ Αἰσχύλος, καὶ ἀρέσκεται καὶ ἐκεῖνος ἀπὸ τοῦ ἀράσσειν καλεῖσθαι αὐτόν* Eustath. ad Dionys. Perieg. v. 739. Inde post Robortellum Heimsoeth *ἥξεις δ' Ἀράξην*, vocem *ὑβριστὴν* interpreti tribuens praeter probabilitatem. Speciosius Hermann supplet *σμερδναῖς Ἀράξην κύμασιν κυκώμενον*. Sed haec hoc potius ordine efferenda erant : *Ἀράξην π. οὐ ψ., σμ. ὑβριστὴν κ. κ.* Videntur veteres interpretes Araxis nomen non legisse, sed cogitatione supplendum putasse. Atqui quum nomen fluvii ab Aeschylo non omissum esse et res ipsa et adjectum *οὐ ψευδώνυμον* doceant, sequitur ut recte *Ὑβριστὴν* scripserint Schütz, Wellauer, Schömann. Obscura, puto, fama ad poëtam pervenerat fluminis cujusdam, cui propter aquarum impetum hominumque mores inhospitales hoc nomen indidit, ut in regione aurifera fluvium Plutonem commemorat nulli geographo cognitum (v. 802). De Hybriste Aeschyleo hoc unum affirmari posse videtur, eum ex poëtae sententia neque in Pontum neque in Maeotim effundi.

κατοικιοῦσιν ἀμφὶ Θερμώδονθ᾽, ἵνα
τραχεῖα πόντου Σαλμυδησσία γνάθος
ἐχθρόξενος ναύταισι, μητρυιὰ νεῶν·
αὗταί σ᾽ ὁδηγήσουσι καὶ μάλ᾽ ἀσμένως.
Ἰσθμὸν δ᾽ ἐπ᾽ αὐταῖς στενοπόροις λίμνης πύλαις
Κιμμερικὸν ἥξεις, ὃν θρασυσπλάγχνως σε χρὴ
λιποῦσαν αὐλῶν᾽ ἐκπερᾶν Μαιωτικόν·
ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας
τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ᾽ ἐπώνυμος
κεκλήσεται· λιποῦσα δ᾽ Εὐρώπης πέδον
ἤπειρον ἥξεις Ἀσιάδ᾽. ἆρ᾽ ὑμῖν δοκεῖ
ὁ τῶν θεῶν τύραννος ἐς τὰ πάνθ᾽ ὁμῶς
βίαιος εἶναι; τῇδε γὰρ θνητῇ θεὸς

721—23 torserunt interpretes. Thracium Salmydessum, ad ipsa Euxini ostia situm et bene notum, si Thermodonti vicinum dixisset Aeschylus, nautae attici cachinnum sustulissent. Neque tamen quidquam mutandum. Hoc enim dicit poëta. Amazones, quae nunc ultra Maeotim ad septentriones habitant, olim ad Thermodontem et Ponti Euxini littora migrabunt. Euxinum autem a parte potiore, ora illa nautis abominata, per circumlocutionem poëticam *ἵνα τραχεῖα κ. τ. λ.* designavit. Sic Euripides in Iphigenia Taurica, ut unum tantum locum afferam, v. 260 verbis *τὸν εἰσρέοντα διὰ Συμπληγάδων πόντον* non Ponti os, sed Pontum in universum intelligi voluit. Ceterum *σαλμυδισσία* et *ναύτηισι* M. *μητρυὰ* pr. M.

724 *αὗται* pr. M. Libenter viam monstrabunt mulieres mulieri, *στυγάνορες ἀστεργάνορι* (v. 894).

728. 29 *εἰσ ἀεὶ* divisim M., ut 746 *εἰσ ἅπαξ*. Deinde *βόσπορός τ᾽* Rob., quod probabat Elmsley.

732 *ὅμωσ* pr. M.

χρῄζων μιγῆναι τάσδ' ἐπέρριψεν πλάνας.
πικροῦ δ' ἔκυρσας, ὦ κόρη, τῶν σῶν γάμων
μνηστῆρος. οὓς γὰρ νῦν ἀκήκοας λόγους,
εἶναι δόκει σοὶ μηδέπω 'ν προοιμίοις.

ΙΩ.

Ἰώ μοί μοι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

σὺ δ' αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζει· τί που
δράσεις, ὅταν τὰ λοιπὰ πυνθάνῃ κακά;

---

734 Eleganter ἐπέσκηψεν conj. Heimsoeth, coll. Pers. 102. 514. 740.

737 μηδ' ἐπῶν προοιμίοις M. et sic fere ceteri libri. μηδ' ἐπῶν προοίμια Rob. μηδέπω 'ν προοιμίοις restituit Turn. μηδ' ἐπῶν ἐν φροιμίοις, qua forma sexies utitur Aeschylus, mavult Wieseler.

692—737 Versus bis bini, tres, bis bini praemittuntur loco qui Ionis per Europam iter continet. Nam Europae annumerantur non solum loca deserta in quibus Prometheus rupi affixus est quique inde ad orientem pergenti occurrunt Scythae Nomades Chalybesque, sed etiam obscurum illud Hybristae nomen et mons Caucasus longe a sede sua versus septentriones remotus itemque transposita terra Colchica, in qua Amazones degunt (v. 416) quamque Aeschylus ad Caucasi latus meridionale supra Maeotim sitam esse putabat. Frustra enim, ut poëtam ignorantiae crimine liberarent, Reisig aliique vv. 713—724 post 787 inserebant. Hujus autem itineris partem majorem comprehendit versibus bis duodenis; deinde versibus tribus, septem, tribus Bosporum Cimmerium virgini tranandum esse monet, quo in labore, ut saevissimo, paullum subsistit.

738 ἒ ἒ addunt M. et ceteri fere libri. Delevit Dindorf.

ΧΟΡΟΣ.

ἦ γάρ τι λοιπὸν τῇδε πημάτων ἐρεῖς;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

δυσχείμερόν γε πέλαγος ἀτηρᾶς δύης.

ΙΩ.

Τί δῆτ' ἐμοὶ ζῆν κέρδος, ἀλλ' οὐκ ἐν τάχει
ἔρριψ' ἐμαυτὴν τῆσδ' ἀπὸ στύφλου πέτρας,
ὅπως πέδοι σκήψασα τῶν πάντων πόνων
ἀπηλλάγην; κρεῖσσον γὰρ εἰσάπαξ θανεῖν
ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ δυσπετῶς ἂν τοὺς ἐμοὺς ἄθλους φέροις,
ὅτῳ θανεῖν μέν ἐστιν οὐ πεπρωμένον·
αὕτη γὰρ ἦν ἂν πημάτων ἀπαλλαγή·
νῦν δ' οὐδέν ἐστι τέρμα μοι προκείμενον
μόχθων, πρὶν ἂν Ζεὺς ἐκπέσῃ τυραννίδος.

ΙΩ.

Ἦ γάρ ποτ' ἔστιν ἐκπεσεῖν ἀρχῆς Δία;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἥδοι' ἄν, οἶμαι, τήνδ' ἰδοῦσα συμφοράν.

ΙΩ.

πῶς δ' οὐκ ἄν, ἥτις ἐκ Διὸς πάσχω κακῶς;

---

745 πέδῳ libri. πέδοι Dindorf.

750 Incommode inserto pronomine, ἦν μοι Hermann ex Lips. et Rob.

754 ἥδοιμ' ἂν M. et libri plerique, versibus 753—55 Ioni continuatis. Verum vidit Dawesius habetque Vit.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὡς τοίνυν ὄντων τῶνδ' ἰανθῆναι πάρα.

ΙΩ.

πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ κενοφρόνων βουλευμάτων.

ΙΩ.

Ποίῳ τρόπῳ; σήμηνον, εἰ μή τις βλάβη.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

γαμεῖ γάμον τοιοῦτον ᾧ ποτ' ἀσχαλᾷ.

ΙΩ.

θέορτον, ἢ βρότειον; εἰ ῥητὸν, φράσον.

---

756 Libri τῶνδε μαθεῖν σοι (ν σοι in litura M.) πάρα. Turnebus eumque secuti ceteri editores τῶνδέ σοι μαθεῖν πάρα. Haec frigidiuscula esse gaudendique potius verbum expectari sensit Schütz. Mihi vulgata nec satis graeca esse videtur: nam μαθεῖν cum accusativo ὄντα ταῦτα jungendum erat, ὄντων τῶνδε requirit verbum quod aut genetivum rei recipiat aut absolute usurpetur. In librorum scriptura latere puto vocem Homericam ἰανθῆναι, superscripto pronomine σοι obscuratam. Idem verbum restituendum Suppl. 650, ubi quae de alastore dicuntur ὃν οὔτις ἂν δόμος ἔχοι ἐπ' ὀρόφων μιαίνοντα κ. τ. λ. sic emendaverim: τὸν οὔτις ἂν δόμος ἔχων ἐπ' ὀρόφων ἰαίνοιτο· βαρὺς δ' ἐφίζει.

757 Ex usu particula δέ addenda erat. Meineke conj. σκῆπτρα δὲ στερήσεται vel δ' ἀποσυλήσεται. Possis etiam δ' ἁρπασθήσεται.

758 Vulgo αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ. Ex M. aliisque πρὸς αὐτὸς αὑτοῦ restitui jussit Elmsley. Talia enim etiam sine metri necessitate poëtae, imo vel prosatores eleganter dixerunt. V. M. Haupt, index lectt. Berol. 1860—61. Deinde κενεόφρων mavult Ludwig.

761 εἰρητὸν M. ἅμα ζηλοῦσα ἐρωτᾷ schol. M.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τί δ' ὅντιν'; οὐ γὰρ θεμιτὸν αὐδᾶσθαι τόδε.

ΙΩ.

ἦ πρὸς δάμαρτος ἐξανίσταται θρόνων;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἣ τέξεταί γε παῖδα φέρτερον πατρός.

ΙΩ.

Οὐδ' ἔστιν αὐτῷ τῆσδ' ἀποστροφὴ τύχης;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἐκ δεσμῶν λυθείς.

ΙΩ.

τίς οὖν ὁ λύσων ἐστὶν ἄκοντος Διός;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τῶν σῶν τιν' αὐτὸν ἐκγόνων εἶναι χρεών.

---

762 Libri ῥητὸν αὐδᾶσθαι, quod a poëtica dictione non abhorrere evicit Hermann coll. Arist. Av. 1715 οὐ φατὸν λέγειν et Orph. Arg. 931 οὐ φατὸν εἰπεῖν. Sed tamen ejusdem vocabuli repetitio hic, ut alibi (v. ad v. 255), interpretibus debetur. Itaque recepi egregiam Brunckii emendationem θεμιτόν.

766 Sic M., Schoemann, Hermann. Hic bene interpretatur οὐ δῆτα, πλὴν ἔγωγ' ἂν ἀποστροφὴ αὐτῷ γενοίμην, λυθεὶς ἐκ δεσμῶν. Libri fluctuant inter πλὴν et πρὶν, λυθεὶς et λυθῶ. Sine causa in particula ἂν haerent Hartung et Wieseler : Prometheus ex ancipiti fati decreto aut Iovem imperio privatum, aut se vinculis solutum iri affirmat.

767. 68 Vulgo ὁ λύσων σ'. Elegantius M. aliique libri et Boissonade omittunt pronomen, quod etiam v. 781 in nonnullis codicibus invito metro additum est. V. ad 340. Deinde τίν' αὐτῶν ἐγγόνων M.

ΙΩ.

πῶς εἶπας; ἦ 'μὸς παῖς σ' ἀπαλλάξει κακῶν;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τρίτος γε γένναν πρὸς δέκ' ἄλλαισιν γοναῖς.

ΙΩ.

Ἥδ' οὐκέτ' εὐξύμβλητος ἡ χρησμῳδία.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

καὶ μηδὲ σαυτῆς γ' ἐκμαθεῖν ζήτει πόνους.

ΙΩ.

μή μοι προτείνων κέρδος εἶτ' ἀποστέρει.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

δυοῖν λόγοιν σε θατέρῳ δωρήσομαι.

ΙΩ.

ποίοιν; πρόδειξον αἵρεσίν τ' ἐμοὶ δίδου.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

δίδωμ'· ἑλοῦ γάρ, ἢ πόνων τὰ λοιπά σοι
φράσω σαφηνῶς, ἢ τὸν ἐκλύσοντ' ἐμέ.

---

770 *ἄλλαισι* M.

772 *καὶ μηδὲ σαυτῆσ τ'* M. *σαυτῆσ* plerique. *σαυτῆς γ'* Hermann. *μήτι* conj. Blomf. *μή τι* Dind. At sententiarum nexus requirit *μηδέ*. Hortatur enim Ionem ut ne suos quidem labores clarius perspicere velit quam illa oracula.

775 Alii *ποίοιν πρόδειξον* sine interrogationis signo.

738—77 Quinque versus, in unum et bis binos divisos, excipiunt duo continui quiniones inter se respondentes, alter Ionis, alter Promethei. Sequitur stichomythia quater ternarum Ionis totidemque Promethei dictionum singulis versibus comprehensarum, nisi quod ultima binaria est : quo fit ut locus tribus

ΧΟΡΟΣ.

Τούτων σὺ τὴν μὲν τῇδε, τὴν δ' ἐμοὶ χάριν
θέσθαι θέλησον, μηδ' ἀτιμάσῃς λόγου·
καὶ τῇδε μὲν γέγωνε τὴν λοιπὴν πλάνην,
ἐμοὶ δὲ τὸν λύσοντα· τοῦτο γὰρ ποθῶ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἐπεὶ προθυμεῖσθ', οὐκ ἐναντιώσομαι
τὸ μὴ οὐ γεγωνεῖν πᾶν ὅσον προσχρῄζετε.
σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω,
ἣν ἐγγράφου σὺ μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν.
Ὅταν περάσῃς ῥεῖθρον ἠπείρων ὅρον,
πρὸς ἀντολὰς φλογῶπας ἡλιοστιβεῖς
*　　*　　*　　*
*　　*　　*　　*

---

trimetrorum senionibus et clausula septenaria constet. Duabus prioribus periodis, 753—64, de Jovis imperii eversione, duabus posterioribus, 765—77, de Promethei liberatore Ionisque laboribus futuris loquitur.

779 Libri *λόγους*. Bene *λόγου* Elmsley, Dindorf. Soph. O. C. 49 *μή μ' ἀτιμάσῃς . . ὧν σε προστρέπω φράσαι*.

783 *μὴ* pr. *μὴ οὐ* sec. M., ut v. 624.

785 *ἐγγράφουσα* pr., ut videtur, *ἐγγράφου σὺ* sec. M.

786 His respici v. 726 sqq. et Asiae Europaeque terminum dici Bosporum Cimmerium patet. Quod si in Prometheo Soluto *δίδυμον χθονὸς Εὐρώπης μέγαν ἠδ' Ἀσίας τέρμονα Φᾶσιν* dicit, haec non inter se pugnant, sed Phasin una cum Colchis et Caucaso (v. ad 737) supra Maeotim sibi finxit fere eo loco ubi re vera Tanais occurrit (V. Schoemann in editione p. 324. Foſs p. 38).

787 Post hunc versum, cum sequentibus non cohaerentem, primus lacunae signa posuit Brunck : ad quam removendam nihil

πόντου περῶσα φλοῖσβον, ἔστ' ἂν ἐξίκῃ
πρὸς Γοργόνεια πεδία Κισθήνης, ἵνα
αἱ Φορκίδες ναίουσι δηναιαὶ κόραι
τρεῖς κυκνόμορφοι, κοινὸν ὄμμ' ἐκτημέναι,

---

valent conjecturae ἡλίου στιβεῖς et στίβει, quae nec per se probabiles sunt neque ad πόντου περῶσα φλοῖσβον conveniunt. Quot et qualia exciderint, ignoratur; sed incredibilia proferunt qui Ionem ex Asia per septentriones in oppositas orbis oras deferri volunt. Dubitationi ansam dederunt Gorgones Graeaeque, sicut alia hoc genus portenta, modo in extremo oriente, modo in extremo occidente positae, incertaeque Aethiopum sedes qui jam apud Homerum διχθὰ δεδαίαται. Sed hoc loco de occidente ne cogitetur, praeter ea de quibus supra dixi etiam ἡλίου πηγαί Nilique fontes obstant. Speciosiore, non veriore conjectura hic inseruntur versus quattuor quos Galenus in comment. prima ad Hippocr. Epid. VI, vol. V, p. 454 ed. Basil. per errorem ut ex Prometheo Vincto affert, quum ex Soluto deprompti sint.

788. 89 πόντον M. Alii mare Caspium, alii mare Erythraeum intelligunt, ubi Bosporum Indicum, si libris fides, memorant Steph. Byz. v. *Βόσπορος*, Eustath. ad Dion. Per. 143. Huic opinioni quodammodo favet scholion *Κισθήνη* πόλις *Λιβύης* ἢ *Αἰθιοπίας*. Tragicum ridere videtur Cratini comici apud Steph. Byz. versus *Κἀνθένδ'* ἐπὶ τέρματα γῆς ἥξει καὶ *Κισθήνης* ὄρος ὄψει, quem ad fabulam Seriphios Perseique personam referendum esse acute conjecit Meineke.

790. 91 *Φορκυνίδες*, quae nominis forma apud Ovidium Lucanumque extat, Aeschylo tribuit Hermann, ut removeret articulum. De Graearum figura cygnea aliunde non constat. Qui nihil nisi canitiem virginum, quas Hesiodus ἐκ γενετῆς πολιάς dixit, significari putant, cum Wieselero scribant κυκνοκορσοι vel κυκνόφορκοι.

μονόδοντες, ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται
ἀκτῖσιν οὔθ' ἡ νύκτερος μήνη ποτέ.
πέλας δ' ἀδελφαὶ τῶνδε τρεῖς κατάπτεροι,
δρακοντόμαλλοι Γοργόνες βροτοστυγεῖς,
ἃς θνητὸς οὐδεὶς εἰσιδὼν ἕξει πνοάς.
τοιοῦτο μέν σοι τοῦτο φρούριον λέγω.
ἄλλην δ' ἄκουσον δυσχερῆ θεωρίαν·
ὀξυστόμους γὰρ Ζηνὸς ἀκραγεῖς κύνας
γρῦπας φύλαξαι, τόν τε μουνῶπα στρατὸν
Ἀριμασπὸν ἱπποβάμον', οἳ χρυσόρρυτον
οἰκοῦσιν ἀμφὶ νᾶμα Πλούτωνος πόρου.

---

792. 93 *μονώδοντεσ* M. *οὔτε νύκτερος* Hermann, iterum articulo offensus. Phorcides apud Hesiodum Theog. 274 trans Oceanum extra solis vias habitant, ut Somnus et Mors, de quibus idem v. 760 *οὐδέ ποτ' αὐτοὺς ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν* : sed haec quum ab hac narratione abhorrere videantur, de antris profundis Aeschyli verba accipienda sunt. Nescio quo spectent Xantriarum versus similes, frg. 177 Herm., *Ἃς οὔτε πέμφιξ ἡλίου προσδέρκεται, οὔτ' ἀστερωπὸν ὄμμα Λητῴας κόρας·*

799 *ὀξυστόμου* pr. M. Haec ex Aristeae Arimaspeis sumpsit (v. Herod. IV, 13. III, 116. E. Tournier, de Aristea Proconnesio, p. 22), quamquam illo, ut videtur, auctore Herodotus Arimaspos eorumque hostes Gryphos in Europa boreali ponit; sed Ctesias ad Indiam Gryphorum sedes refert. Gryphi auri sacros thesauros ab hominum avaritia defendentes Jovis ministri *ἀκραγεῖς* dicuntur, non 'muti', quod a nemine relatum est, sed 'ferocissimi et ultra omnem rabiem saevientes', ut ait Solinus c. 15, vel potius 'invidi'. Nam hanc vocem, varie ab antiquis interpretibus expositam (*σκληρός, ὀξύχολος, ἀεὶ κράζων, ἄφωνος*), ab *ἄγη* deductam esse monuit Hermann.

800—802 *τό τε* et *ἱππόβαμον* pr. M. Deinde *πόρον* M.

τούτοις σὺ μὴ πέλαζε. τηλουρὸν δὲ γῆν
ἥξεις κελαινὸν φῦλον, οἳ πρὸς ἡλίου
ναίουσι πηγαῖς, ἔνθα ποταμὸς Αἰθίοψ.
τούτου παρ' ὄχθας ἕρφ', ἕως ἂν ἐξίκῃ
καταβασμόν, ἔνθα Βυβλίνων ὀρῶν ἄπο
ἵησι σεπτὸν Νεῖλος εὔποτον ῥέος.
οὗτός σ' ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα
Νειλῶτιν, οὗ δὴ τὴν μακρὰν ἀποικίαν,

---

aliique. πλουτωνόσπορον conj. Wieseler : v. ad Eum. 293 *Τρίτωνος ἀμφὶ χεῦμα γενεθλίου πόρου*.

803. 4 τηλουργὸν pr. M. γῆς conj. Elmsley. Possis etiam κελαινὰ φῦλά θ', οἳ. Sed in terrae populique appellationibus per appositionem conjunctis non haerendum videtur. Bergk mavult *Κελαινῶν*, nomen proprium.

805 His terrae ad solis ortum sitae manifesto designantur, neque cogitari potest de fonte Ammonio, qui propter causas ab Herodoto 4, 181 aliisque relatas Ἡλίου κρήνη vocabatur. Euripides apud Strab. I, p. 33 de Aethiopia ἣν ἐκ τεθρίππων ἁρμάτων πρώτην χθόνα Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βάλλει φλογί· καλοῦσι δ' αὐτὴν γείτονες μελάμβροτοι Ἕω φαεννὰς Ἡλίου θ' ἱπποστάσεις. Ceterum Aeschylus, opinionem vulgarem secutus, Nili fontem a meridie ad orientem removit etiam alio loco, si quidem versus pulcherrimi a scriptore dissertationis de Nilo servati (fr. 305 H.) recte ad Memnonis Aurorae filii personam referuntur. Et illi quidem versus quodammodo firmant schol. M. sententiam Aethiopem fluvium a Nilo non diversum esse putantis; sed tamen hic locus talem interpretationem recipere non videtur.

807 *Καταβασμόν* vocat quae Herodoto sunt *Κατάδουπα*, Straboni καταρράκτης. Etiam Byblinorum (βιβλίνων M.) montium nomen poëticae licentiae tribuendum : nam oppidum Byblus in inferiore Aegypto situm erat. Haud male schol. M. ἀπὸ τῆς γιγνομένης παρ' αὐτοῖς βίβλου ἔπλασεν τὰ βίβλινα ὄρη.

Ἰοῖ, πέπρωται σοί τε καὶ τέκνοις κτίσαι.
τῶν δ' εἴ τί σοι ψελλόν τε καὶ δυσεύρετον,
ἐπανδίπλαζε καὶ σαφῶς ἐκμάνθανε·
σχολὴ δὲ πλείων ἢ θέλω πάρεστί μοι.

ΧΟΡΟΣ.

Εἰ μέν τι τῇδε λοιπὸν ἢ παρειμένον
ἔχεις γεγωνεῖν τῆς πολυφθόρου πλάνης,
λέγ'· εἰ δὲ πάντ' εἴρηκας, ἡμῖν αὖ χάριν
δὸς ἥνπερ αἰτούμεσθα, μέμνησαι δέ που.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Τὸ πᾶν πορείας ἥδε τέρμ' ἀκήκοεν.
ὅπως δ' ἂν εἰδῇ μὴ μάτην κλύουσά μου,
ἃ πρὶν μολεῖν δεῦρ' ἐκμεμόχθηκεν φράσω,
τεκμήριον τοῦτ' αὐτὸ δοὺς μύθων ἐμῶν.
Ὄχλον μὲν οὖν τὸν πλεῖστον ἐκλείψω λόγων,

---

812 sqq. τῶν ει τι σοι pr. τῶν δ' εἴ τι, σοι sec. M. Deinde libri ἐπαναδίπλαζε : corr. Dind. V. 814 in M. ab alia manu scriptus, ab Athenaeo VIII, p. 347 C. una cum duobus superioribus affertur. — Hunc locum, quum post v. 787 non pauca, ut videtur, desiderentur, in numeros suos digerere non ausus sum.

818 Libri ἥντιν'. Hermann ἥνπερ, coll. v. 606, et addita conjectura ἣν πρὶν ᾐτούμεσθα.

823 Omittit iter per Graeciae civitates, quod neque a locorum longinquitate neque a rerum novitate quidquam admirationis habiturum erat. Mire Hermannus Ionem tranato toto mari Aegeo in Asiam indeque per Bosporum Thracium rursus in Europam pervenisse suspicatur, cogitatione supplens rem tot rebus incredibilibus etiam incredibiliorem quaeque spectatorum divinationi relinqui nequibat. Scilicet alterum eumque notiorem Bosporum aegre desiderabat et in Supplicibus utrumque significari putabat

πρὸς αὐτὸ δ' εἶμι τέρμα σῶν πλανημάτων.
Ἐπεὶ γὰρ ἦλθες πρὸς Μολοσσὰ γῆς πέδα
τὴν αἰπύνωτόν τ' ἀμφὶ Δωδώνην, ἵνα
μαντεῖα θᾶκός τ' ἐστὶ Θεσπρωτοῦ Διὸς,
τέρας τ' ἄπιστον, αἱ προσήγοροι δρύες,
ὑφ' ὧν σὺ λαμπρῶς κοὐδὲν αἰνικτηρίως
προσηγορεύθης ἡ Διὸς κλεινὴ δάμαρ
[μέλλουσ' ἔσεσθαι] τῶνδε προσσαίνει σέ τι·

---

his verbis *διχῇ δ' ἀντίπορον γαῖαν ἐν αἴσᾳ διατέμνουσα πόρον κυματίαν ὁρίζει*, v. 544. At aliam esse vim vocis *διχῇ* intellexit novissimus Supplicum editor Kruse, quamquam et ipse, diversas narrationes conciliare conatus, in eum errorem incidit, ut etiam in Supplicibus Bosporum Cimmerium dici sibi persuaderet.

825 Libri *δάπεδα*, cujus vocis syllabam primam non posse produci et constans poëtarum usus et vera originatio docent. Editores recentiores Porsono auctore inconsulte *γάπεδα*, quae fundi appellatio est : v. ad Choëph. 791. Meineke, Philologi vol. XX, p. 53. Hic *λάπεδα*, vocem aliunde non cognitam, suspicatur. Scripsi *γῆς πέδα*, coll. schol. ad Sept. 304 *ποῖον δ' ἀμείψεσθε γαίας πέδον· ἀντὶ τοῦ ποῖον οἰκήσετε δάπεδον*, quo efficitur *δάπεδα* etiam hoc loco interpreti deberi. Formula dicendi notissima est : v. 1 *χθονὸς τηλουρὸν πέδον*. Pers. 488 *γῆς Ἀχαιΐδος πέδον*. Suppl. 260 *χώρας Ἀπίας πέδον*. Eumen. 292 *χώρας ἐν τόποις Λιβυστικοῖς*. Soph. O. C. 669 *τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα*, ibique interpretes.

826. 27 *αιπυνω τ'* pr. *αἰπύνωτόν τ'* sec. M. Deinde libri *θῶκός τ'*. Formam atticam, quae v. 282 et Agam. 490 legitur, restituit Brunck.

831 *μέλλουσ' ἐσεσθαι τῶνδε προσαίνει* (*προσσαίνει* alii) *σέ τι* M. *μέλλουσ' ἔσεσθ', εἰ τῶνδε προσσαίνει σέ τι* Turnebus. Verba *μέλλουσ' ἐσεσθαι* ab interprete adscripta esse manifestum est; sed

Ἐντεῦθεν οἰστρήσασα τὴν παρακτίαν
κέλευθον ἦξας πρὸς μέγαν κόλπον Ῥέας,
ἀφ’ οὗ παλιμπλάγκτοισι χειμάζει δρόμοις
* * * * * *
χρόνον δὲ τὸν μέλλοντα πόντιος μυχὸς,
σαφῶς ἐπίστασ’, Ἰόνιος κεκλήσεται,
τῆς σῆς πορείας μνῆμα τοῖς πᾶσιν βροτοῖς.
Σημεῖά σοι τάδ’ ἐστὶ τῆς ἐμῆς φρενὸς,
ὡς δέρκεται πλέον τι τοῦ πεφασμένου.
Τὰ λοιπὰ δ’ ὑμῖν τῇδέ τ’ ἐς κοινὸν φράσω,
ἐς ταυτὸν ἐλθὼν τῶν πάλαι λόγων ἴχνος.
Ἔστιν πόλις Κάνωβος ἐσχάτη χθονὸς,
Νείλου πρὸς αὐτῷ στόματι καὶ προσχώματι·
ἐνταῦθα δή σε Ζεὺς τίθησιν ἔμφρονα

---

cupidius totum versum damnarunt Dindorf aliique. Imo aliquid addendum erat quo magnificae illius appellationis vanitas acerbe notaretur. Hartung ἦ δὴ μάκαιρ’, εἰ τῶνδε . . Heimsoeth κλύουσαν εἴ τι τῶνδε προσσαίνει σ’ ἔτι. Fortasse

εἰ τὴν τάλαιναν τῶνδε προσσαίνει σέ τι.

833. 34 ἧξας nonnulli et fortasse pr. M. παλιπλάκτοισι pr. παλιμπλάκτοισι sec. M. πολυπλάγκτοισι libri nonnulli. πάλιν πλαγκτοῖσι conj. Wieseler. Vulgata lectione non eadem via reversa, sed, mari cursui obstante, rursus in mediterranea delata dicitur. Sed addendum erat : 'donec ad hanc orbis extremam rupem venires'. Itaque unius versus lacunam indicavi. *Καὶ Ἀπολλώνιος* (Argon. IV, 327) *Κρονίην ἅλα τὸν Ἰόνιόν φησι. οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο* schol. M.

836 κληθήσεται M. κεκλήσεται, ut v. 730, libri plerique.

843. 44 Recte schol. M. προσχώματι· τῷ ὑπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐτησίῳ προσθήματι τοῦ χώματος. Noli aggeres hominum manu extructos intelligere. Deinde τίθεισιν pr. τίθησιν sec. M.

ἐπαφῶν ἀταρβεῖ χειρὶ καὶ θιγὼν μόνον.
ἐπώνυμον δὲ τῶν Διὸς γεννημάτων
τέξεις κελαινὸν Ἔπαφον, ὃς καρπώσεται
ὅσην πλατύρρους Νεῖλος ἀρδεύει χθόνα.
Πέμπτη δ' ἀπ' αὐτοῦ γέννα πεντηκοντάπαις
πάλιν πρὸς Ἄργος οὐχ ἑκοῦσ' ἐλεύσεται
θηλύσπορος, φεύγουσα συγγενῆ γάμον
ἀνεψιῶν· οἱ δ' ἐπτοημένοι φρένας,
κίρκοι πελειῶν οὐ μακρὰν λελειμμένοι,
ἥξουσι θηρεύσοντες οὐ θηρασίμους
γάμους, φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός.

---

845 Desideratur res primaria, virginem Jovis contactu non solum sanatum iri, sed etiam prolem concepturam esse : καὶ Ζεύς γ' ἐφάπτωρ χειρὶ φιτύει γόνον Suppl. 312. Inde Hermann, lacunae signis ante 845 positis, supplet παύσας τε μόχθων τῶνδε φιτύει γόνον. Probabilius Heimsoeth verba καὶ θιγὼν ad illustrandum ἐπαφῶν ab interprete addita veramque scripturam fuisse suspicatur

ἐπαφῶν τ' ἀταρβεῖ χειρὶ φιτύει γόνον.

Jam non opus est ut infra γεννημάτων (φιτυμάτων mavult Heimsoeth) mutemus in γέννημ' ἀφῶν ex Wieseleri conjectura, qua recepta Dindorf, Elmsleium secutus, versum necessarium 845 ejecit.

849 πεντηκοντόπαισ M. πεντηκοντάπαις, formam atticam, ex libris nonnullis restituit Blomfield.

853 Sic Suppl. 223 ἐν ἁγνῷ δ' ἑσμὸς ὡς πελειάδων ἵζεσθε κίρκων τῶν ὁμοπτέρων φόβῳ.

854. 55 θηρεύσοντεσ M. et plerique. θηρεύοντες ex libris paucis Dindorf. Futuri participium non mutandum, quum apud Aeschylum verba θηρᾶν et θηρεύειν saepe non persequendi, sed

Πελασγία δὲ δέξεται θηλυκτόνῳ
Ἄρει δαμέντων νυκτιφρουρήτῳ θράσει·
γυνὴ γὰρ ἄνδρ' ἕκαστον αἰῶνος στερεῖ,
δίθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος·
τοιάδ' ἐπ' ἐχθροὺς τοὺς ἐμοὺς ἔλθοι Κύπρις.
Μίαν δὲ παίδων ἵμερος θέλξει τὸ μὴ
κτεῖναι σύνευνον, ἀλλ' ἀπαμβλυνθήσεται
γνώμην· δυοῖν δὲ θάτερον βουλήσεται,
κλύειν ἄναλκις μᾶλλον ἢ μιαιφόνος·
αὕτη κατ' Ἄργος βασιλικὸν τέξει γένος.
Μακροῦ λόγου δεῖ ταῦτ' ἐπεξελθεῖν τορῶς·
σπορᾶς γε μὴν ἐκ τῆσδε φύσεται θρασὺς

---

capiendi vim habeant. Deinde verba varie exposita *φθόνον δὲ σωμάτων ἕξει θεός* verte : *deus corpora puellarum iis invidebit,* quam interpretationem antecedentia commendant.

856. 57 *δαμέντα* Cant. 1. Bothe, Boissonade, Heimsoeth. *δαμέντας* Pauw, Blomfield, quod reciperem, si *δαμέντων*, quod habent M. et fere omnes, librariorum errori aut interpretum licentiae tribui posset. Hermann post *δέξεται* supplet *τὸν ἐγγενῆ στόλον γυναικῶν, νυμφίων θηλυκτόνῳ κ. τ. λ.*, interverso rerum ordine. Hartung suspicatur *Πελασγία δὲ κλάγξεται*, W. Hoffmann (Jahrb. f. Philol. 1862, p. 589) *δεύεται* et *Ἄρει, δαμάρτων*. Possis *Πελασγὸς αἶα δ' ἕξεται θηλυκτόνῳ ἄγει.* Sed tamen quum *δέξεται* egregie dicatur de acerbo, quo caesa corpora accipiuntur, hospitio, malim *θηλύκτονον ἄρη*, si quidem hoc pro *θηλύκτονον φόνον* accipi potest, vel *θηλύκτονα βάρη.*

860 Haec non debebat Hermann de connubio olim Jovi periculoso accipere. In universum dicta sunt, ut Choëph. 991.

862. 63 *ἀπαμβλυνθήσεται* et *δυεῖν* M.

866 *μακροῦ λόγου δὲ* Schütz, Hermann.

τόξοισι κλεινὸς, ὃς πόνων ἐκ τῶνδ' ἐμὲ
λύσει. τοιόνδε χρησμὸν ἡ παλαιγενὴς
μήτηρ ἐμοὶ διῆλθε Τιτανὶς Θέμις.
Ὅπως δὲ χὤπη, ταῦτα δεῖ μακροῦ λόγου
εἰπεῖν, σύ τ' οὐδὲν ἐκμαθοῦσα κερδανεῖς.

ΙΩ.

Ἐλελεῦ, ἐλελεῦ, ὑπό μ' αὖ σφάκελος
καὶ φρενοπληγεῖς μανίαι θάλπουσ',
οἴστρου δ' ἄρδις χρίει μ' ἄπυρος·
κραδία δὲ φόβῳ φρένα λακτίζει.

---

868 *κλεινοῖσ* M., Rob. *κλεινός* ceteri.

870 *Τιτανὶς θεῶν* ex G. recepit Hermann. *θεός* conj. Heimsoeth. Themis, quae eadem est Tellus, Titanis dicitur non ut soror, sed ut mater Titanum, ac nescio an jungendum sit *μήτηρ Τιτανίς*.

871 *λόγου*, ut v. 866, M. schol. M. aliique. *χρόνου* alii. Eadem lectionis varietas Pers. 713.

815—72 Chori quaternioni respondet quaternio Promethei. Sequitur duplex narratio. Prior, quae est de Ionis erroribus praeteritis, trimetris duobus, bis septem, duobus continetur. Altera, quae Ionis progeniem usque ad futurum Promethei liberatorem deducit, itidem binarium exordium binariamque clausulam habet, quibus versus bis septem, bis quinque, quinque includuntur.

873 *ἐλελελελελεῦ* M. Emendavit Pauw. *ἐλελεῦ· ἐπιφώνημα πολεμικόν. οἱ δὲ, προαναφώνησις παιανισμοῦ. τίθησι δὲ αὐτὸ Αἰσχύλος ἐπὶ σχετλιασμοῦ ἐν Προμηθεῖ δεσμώτῃ* Hesychius. *ἐπιφώνημα θρηνητικόν* schol. M.

875. 76 *ἄρδις· ἀκίς. Αἰσχύλος Προμηθεῖ δεσμώτῃ* Hesychius. *ἄρδις ἄπυρος* Aeschyleae verborum juncturae periti cum Schützio et Hermanno interpretantur mucronem sine igne factum, coll. *πέδαις ἀχαλκεύτοις* Choëph. 490. Deinde *καρδία* M.

τροχοδινεῖται δ' ὄμμαθ' ἑλίγδην,
ἔξω δὲ δρόμου
φέρομαι λύσσης πνεύματι μάργῳ,
γλώσσης ἀκρατής· θολεροὶ δὲ λόγοι
παίουσ' εἰκῆ
στυγνῆς πρὸς κύμασιν ἄτης.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. Ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ἦν ὃς
πρῶτος ἐν γνώμᾳ τόδ' ἐβάστασε καὶ γλώσ-
σᾳ διεμυθολόγησεν,
ὡς τὸ κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν ἀριστεύει μακρῷ,
καὶ μήτε τῶν πλούτῳ διαθρυπτομένων
μήτε τῶν γέννᾳ μεγαλυνομένων
ὄντα χερνήταν ἐραστεῦσαι γάμων.

---

881. 82 πταίουσ' M. παίουσ' scholia et libri plerique. Mox nonnulli στυγνοῖς, quod nescio an praestet. Haec non verterim cum Hermanno: 'Perturbata dicta mea illiduntur (h. e. luctantur) diri fluctibus fati'; sed sic potius: *Turbida dicta vagantur inter diros malorum fluctus.* Nam παίουσ' εἰκῆ idem esse videtur quod παραπαίουσι, modo primitivam huic verbo vim serves. Bene schol. M. ὑπὸ τῆς μανίας μὴ κατέχουσα τῆς γλώσσης, ἀλλὰ παίουσα (leg. παραπαίουσα, ut habet sch. P.)

883—85 Pittaci responsum illud afferunt scholia, quod eleganti epigrammate inclusit Callimachus apud Diog. Laërt. I, 80. ἐβάστασεν, i. e. ἐδοκίμασεν, versavit exploravitque, apte schol. M. illustrat versu Homerico ἐπεὶ μέγα τόξον ἐβάστασε καὶ ἴδε πάντῃ, Od. 21, 405. Cf. πάντα δ' ἐβάστασεν φρενί Aristoph. Thesm. 430, πᾶν ἐβάστασε πρᾶγμα καὶ πᾶσαν ἐπίνοιαν ἐψηλάφει Polyb. 7, 13. Deinde γλῶσσα pr. M.

Μήποτε μήποτέ τοί μ', ὦ ἀντ.
πότνιαι Μοῖραι, λεχέων Διὸς εὐνά-
τειραν ἴδοισθε πέλουσαν·
μηδὲ πλαθείην γαμέτᾳ τινὶ τῶν ἐξ οὐρανοῦ.
ταρβῶ γὰρ ἀστεργάνορα παρθενίαν
εἰσορῶσ' Ἰοῦς γ' ἀμαλαπτομέναν
δυσπλάνοις Ἥρας ἀλατείαις πόνων.

Ἐμοὶ δ' εἴη μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος, ἄφοβος, εὔδιος, ἐπ.

---

890. 91 *μήποτε μήποτέ μ' ὦ μοῖραι* M. *ὦ Μοῖραι μακραίωνες* Hermann. *ὦ πότνιαι Μοῖραι* Paley, Dindorf, quo recepto post alterum *μήποτε* inserui *τοι*. Illi in stropha *ἦ σοφὸς ἦ σοφὸς ὃς* ejecto *ἦν*.

893 *πλαθείην γαμετᾶ* pr. *γαμέται* sec. M.

894 *ἀστεργάνορα* dicit ab *amore abhorrentem* (fugerat enim virgo Jovis complexus), ut supra Amazonum populum *στυγάνορα*. Male schol. hanc vocem exponunt *ἣν οὐ στέργει ὁ γενόμενος αὐτῆς ἀνήρ*, neque satis accurate Hermann 'connubii expertem', ut alias interpretationes taceam.

895 *ἰοῦσ γάμω δαπτομέναν* M., quod *ἅμα τῷ γάμῳ* interpretatur schol. Nunc fere e Schützii conjectura editur *μέγα δαπτομέναν*, parum probabiliter. *γ' ἀποδαπτομέναν* Wieseler. Scripsi *γ' ὁμαλαπτομέναν*, qua voce Lycophron v. 34 et Sophocles apud Hesychium v. *ἠμαλάψαι* usi sunt.

896 *δυσπλάγχνοισ* M. et libri plerique, ex *δυσπλάνοις* ejusque interpretatione *δυσπλάγκτοις* (cf. v. 571) ortum. Emendate libri pauci et Turnebus. Ceterum noli haerere in addito *πόνων*, quod ipsi Porsono suspectum fuit, neve *δυσπλάνοις ἀλατειῶν πόνοις* vel *δυσπλάνων ἀλατείαις πόνων* requirere. Sic loquuntur poëtae graeci : v. ad Eumen. 292. Adde Eurip. J. A. 1230 *πόνων τιθηνοὺς ἀποδιδοῦσά σοι τροφάς*, quae non mutanda sunt.

897 Hanc epodum ad numeros antistrophicos redigere conati

μηδὲ κρεισσόνων θεῶν
ἔρως ἄφυκτον ὄμμα προσδράκοι με.
ἀπόλεμος ὅδε γ' ὁ πόλεμος, ἄπορα πόριμος,
οὐδ' ἔχω τί ἂν
γενοίμαν· τὰν Διὸς γὰρ οὐχ ὁρῶ
μῆτιν ὅπα φύγοιμ' ἄν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Ἦ μὴν ἔτι Ζεὺς, καίπερ αὐθάδης φρενῶν,

---

sunt Elmsley, Lachmann, Hermann. *ἐμοὶ δ' ὅτι μὲν ὁμαλὸς ὁ γάμος ἄφοβος οὐ δέδια* M. *ὅτε* Pauw aliique, *οὐδὲ δέδια* Hermann, quibus conjecturis non multum proficitur. Mihi dubium non est quin in *ὅτι* lateat *εἴη*, quod solum in virgines cadit et ad oppositum *μηδὲ προσδράκοι* bene convenit; num recte scripserim *ἄφοβος, εὔδιος*, ambigi potest.

898. 99 *προσδάρκοι με* M. *προσδέρκοι με* libri plerique. *προσδράκοι με* Blomfield. *θεῶν* damnant Musgrave, Blomfield, Boissonade. *ἔρως* Schütz et Dindorf delent. Utrumque praebent libri et scholia et, qui hos versus affert, schol. Theocr. 15, 94, tuentur Hermann aliique. Nam *κρείσσονας θεούς* Oceanides dicunt deos majorum gentium, *τοὺς ἐξ οὐρανοῦ* (v. 893), et *ἄφυκτον ὄμμα προσδράκοι* idem valet quod *ἄφυκτον δέργμα προσδράκοι*.

900—902 *ἄπορα πόριμος* interpretare *ἄπορα παρέχων, ἀμήχανος*. Deinde *τίς ἂν γενοίμαν* libri. *τί ἂν γενοίμαν* Meineke ex usu Graecorum, hiatu legitimo: *τίς* jam damnaverat Hartung. Dindorf, versum alterum ab *οὐδ' ἔχω*, tertium a *μῆτιν* exorsus, scripsit *ἀπολέμιστος* (poterat *ἀπόλεμός τις*) et articulum *τὰν* delevit, quibus mutationibus ex nostra versuum divisione opus esse non videtur.

903 *αὐθάδης φρενῶν* pr. M. et Hermann. Vulgo *αὐθάδη φρονῶν*.

ἔσται ταπεινός· τοῖον ἐξαρτύεται
γάμον γαμεῖν, ὃς αὐτὸν ἐκ τυραννίδος
θρόνων τ' ἄϊστον ἐκβαλεῖ· πατρὸς δ' ἀρὰ
Κρόνου τότ' ἤδη παντελῶς κρανθήσεται,
ἣν ἐκπίτνων ἠρᾶτο δηναιῶν θρόνων.
τοιῶνδε μόχθων ἐκτροπὴν οὐδεὶς θεῶν
δύναιτ' ἂν αὐτῷ πλὴν ἐμοῦ δεῖξαι σαφῶς.
ἐγὼ τάδ' οἶδα χᾧ τρόπῳ. πρὸς ταῦτά νυν
θαρσῶν καθήσθω, τοῖς πεδαρσίοις κτύποις
πιστὸς, τινάσσων πυρπνόον χεροῖν βέλος·
οὐδὲν γὰρ αὐτῷ ταῦτ' ἐπαρκέσει τὸ μὴ οὐ
πεσεῖν ἀτίμως πτώματ' οὐκ ἀνασχετά.
τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται
ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, δυσμαχώτατον τέρας·
ὃς δὴ κεραυνοῦ κρείσσον' εὑρήσει φλόγα,

---

904 Libri οἷον. Rob. τοῖον, quod probarunt Elmsley, Dindorf aliique.

906 θρόνων ἄϊστον et πατρόσ τ' ἀρὰ M.

907—9 τόδ' et δηναιὸν et τοιόνδε pr. τότ' et δηναιῶν et τοιῶνδε rec. M.

911 Vulgo πρὸς ταῦτα νῦν. Correxit Dindorf.

912 Schol. A. non legit τόποις pro κτύποις, sed verba τοῖς πεδαρσίοις, a nomine κτύποις disjuncta, interpretatur ἐν τοῖς ὑψηλοῖς τόποις. Idem affert v. l. πυστός. Utrumque Wieselero placuisse miror. Deinde πιστωσ pr. πιστόσ sec. τινάσσων τ' ἐν χεροῖν πύρπνουν βέλοσ M. Forma contracta offensi τινάσσων χερσὶ πυρπνόον β. Porson, Hermann. πυροῦν β. conj. Dindorf. Malui transpositis verbis τινάσσων πυρπνόον χ. β.

918 κρεῖσσον pr. κρείσσον' rec. εὑρήσοι M.

βροντῆς ϑ' ὑπερφέροντα καρτερὸν κτύπον·
ϑαλασσίαν τε γῆς τινάκτειραν νόσον
τρίαιναν, αἰχμὴν τὴν Ποσειδῶνος, σκεδᾷ.

---

919 Libri *βροντῆς ϑ' ὑπερβάλλοντα* (*ὑπερβάλοντα* pr. M.), quod tuetur Hermann. *βροντάς ϑ' ὑπερβάλλοντα* Blomfield, Dindorf. Servato genetivo singulari scripsi *ὑπερφέροντα*, cujus interpretationem esse *ὑπερβάλλοντα* puto, coll. Hesychii glossa *ὑπερφέρεις· ὑπερβάλ(λ)εις*, quae fortasse ad Eurip. Heracl. 554 pertinet. Soph. O. R. 381 *τέχνη τέχνης ὑπερφέρουσα*.

920. 21 *νόσον* dicit, ut Latini pestem, non morbum ipsum, sed morbi causam. Sic Sept. 739 *ἐγείνατο μὲν μόρον αὐτῷ πατροκτόνον Οἰδιπόδαν*, Pind. Pyth. 4, 250 *Μήδειαν . . τὰν Πελίαο φόνον*. Minus audacter Sophocles Ant. 418 sqq. turbinem hominibus molestum *οὐράνιον ἄχος* et *ϑείαν νόσον* vocat. Frustra Wieseler verba sic construi vult : *τρίαιναν τινάκτειραν*, i. e. *τινάσσουσαν, νόσον γῆς* 'concutiendo efficientem ut terra aegrotet'. Male Hartung scripsit *γῆς τινάκτορ' ἐννοσιν*. — Ceterum hi versus indicio sunt Aeschylum ad suum propositum accommodasse fabulam, religiosius a Pindaro in Isthmio carmine septimo servatam, qua Jupiter et Neptunus, quum Thetidem nuptiis ambirent, cognito in fatis esse ut Thetis filium ederet patre majorem, Peleo deam in matrimonium dedisse ferebantur. *Εἶπε δ' εὔβουλος ἐν μέσοισι Θέμις, εἵνεκεν πεπρωμένον ἦν, φέρτερον γόνον οἱ ἄνακτα πατρὸς τεκεῖν ποντίαν ϑεὸν, ὃς κεραυνοῦ τε κρέσσον ἄλλο βέλος διώξει χερὶ τριόδοντός τ' ἀμαιμακέτου, Δί τε μισγομέναν ἢ Διὸς παρ' ἀδελφεοῖσιν.* Patet apud Pindarum Jovis fulmini Neptuni tridentem necessario adjunctum esse, apud Aeschylum autem locum de Neptuni telo confringendo ornatum quidem afferre augendaeque rei mirifice servire, sed tamen sine sententiae damno recidi posse, ut ex eo auctore, quo uterque poëta usus est, assumptus et potius non omissus quam necessario additus videatur. Quis fuerit auctor ille, ignoramus; sed tamen conjicere licet haec in Hesiodeo epyllio de Pelei Thetidisque

πταίσας δὲ τῷδε πρὸς κακῷ μαθήσεται
ὅσον τό τ' ἄρχειν καὶ τὸ δουλεύειν δίχα.

ΧΟΡΟΣ.

Σύ θὴν ἃ χρῄζεις, ταῦτ' ἐπιγλωσσᾷ Διός.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἅπερ τελεῖται, πρὸς δ' ἃ βούλομαι λέγω.

ΧΟΡΟΣ.

καὶ προσδοκᾶν χρὴ δεσπόσειν Ζηνός τινα;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

καὶ τῶνδέ γ' ἕξει δυσλοφωτέρους πόνους.

ΧΟΡΟΣ.

πῶς δ' οὐχὶ ταρβεῖς τοιάδ' ἐκρίπτων ἔπη;

---

nuptiis (Ttetzes Proleg. ad Lycophr. p. 261) tradita fuisse, quamquam etiam de Cypriis cogitari potest, quo in carmine primum Jupiter cum Themide deliberabat, deinde nuptiae illae narrabantur. Verum haec utut se habent, nescio an eidem nonnulla debeat Theogoniae scriptor a Galeno (de Hippocr. et Plat. dogm. III, 8) laudatus, apud quem Jupiter Metin uxorem alvo sua condit δείσας μὴ τέξῃ κρατερώτερον ἄλλο κεραυνοῦ, quae justo brevius dicta ex loco planiore Aeschylique versibus 918. 19 simili ducta videntur.

922. 23 κακῶν pr. κάκῶι rec. et ὅσσον M.

924 σύθην conjunctim et fortasse ἐπογλωσσᾶι pr. M. Particula Homerica θήν quamquam alias apud tragicos non legitur, tamen ab Aeschylo non abjudicanda videtur.

928 πῶσ οὐχὶ M. δ' ex aliis libris inseruit Blomfield.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τί δ' ἂν φοβοίμην ᾧ θανεῖν οὐ μόρσιμον;

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἆθλον ἄν σοι τοῦδ' ἔτ' ἀλγίω πόροι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὁ δ' οὖν ποιείτω· πάντα προσδοκητά μοι.

ΧΟΡΟΣ.

οἱ προσκυνοῦντες τὴν Ἀδράστειαν σοφοί.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

σέβου, προσεύχου, θῶπτε τὸν κρατοῦντ' ἀεί.
ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει.
δράτω, κρατείτω τόνδε τὸν βραχὺν χρόνον
ὅπως θέλει· δαρὸν γὰρ οὐκ ἄρξει θεοῖς.

929—31 *τί δαὶ* M. Deinde libri *τοῦδέ γ' ἀλγίω* et mox *ὅδ'* (*ὁδ'* pr. M.) *οὖν*. Emendarunt Wellauer et Elmsley.

932 Sapientes dicit qui verba magna, superba, invidiosa vitent, *οἱ προσκυνοῦντες τὴν Νέμεσιν, τὸν Φθόνον*. Sine justa causa, ut mihi videtur, insolitam huic dicendi formulae significationem tribuentes, Adrasteam hic Necessitatem esse statuunt Naegelsbach, *Nachhom. Theol.* p. 48 et E. Tournier in libro ingeniosissimo nuper edito *Némésis et la Jalousie des Dieux*, p. 227.

933 *τὸν κρατοῦντ' ἀεί* intellige *τὸν ἀεὶ κρατοῦντα, τοὺς ἐν μέρει κρατοῦντας*, eum 'cui quoque tempore regnare contigit', ut Hermanni verbis utar.

935 Idem temporis spatium v. 95 *μυριετῆ χρόνον* dixerat. Sic v. 929 immortalitas ei securitatem praestare, v. 750 eadem suppliciis addere videbatur. Praeclaras repugnantias, prout erigitur vel deprimitur miseri animus.

903—36 Promethei dictio habet versus octo (6, 2) in initio totidemque (6, 2) in fine, quibus interjecti sunt versus quinque,

Ἀλλ' εἰσορῶ γὰρ τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν,
τὸν τοῦ τυράννου τοῦ νέου διάκονον·
πάντως τι καινὸν ἀγγελῶν ἐλήλυθεν.

ΕΡΜΗΣ.

σὲ τὸν σοφιστὴν τὸν πικρῶς ὑπέρπικρον,
τὸν ἐξαμαρτόντ' εἰς θεοὺς ἐφημέροις
πορόντα τιμάς, τὸν πυρὸς κλέπτην λέγω·
πατὴρ ἄνωγέ σ' οὕστινας κομπεῖς γάμους
αὐδᾶν, πρὸς ὧν ἐκεῖνος ἐκπίπτει κράτους·

911—915, de vana Jovis confidentia. Deinde versus 924—27 inter Prometheum et chorum mutui respondent bini binis, itemque Promethei versus 933—36 bini binis respondent. Inter hos quaterniones interjectus est quinio de imprudenti Promethei audacia.

940 Propius quam Homerica *οἰόθεν οἶος*, *αἰνόθεν αἰνῶς* accedit *ἀκριβῶς περισσόφρων* 331, *ὑπερπόλλους ἄγαν* Pers. 794. Male Schütz *πικροῖς*, frustra Meineke *πικρῶν*.

941 *τὸν ἡμέροισ* M., quod non debebat tueri Hermann. *τὸν ἐφημέροις* libri plurimi. Recte deleto articulo *ἐφημέροις* cum libris nonnullis Blomfield, ut alterum participium ab altero pendeat: *qui contra deos peccasti beneficia mortalibus praestando*, *παρὰ νόμον θεῶν βρότεα μὲν τίων*, Eum. 172. Concinnitatis causa supra virgulam post *σοφιστὴν* delevi.

944 libri *πρὸς ὧν τ'* (*ὧν* sec. M. in litura), unus *πρὸς ὧν γ'*. Illud tuetur Hermann *ὧν* non ad *γάμους* relato, sed ad eum qui ex isto connubio natus regnum Jovi erepturus sit. At hae verborum ambages a Mercurii consilio alienae sunt, neque hoc voluerunt librarii qui addiderunt particulam recte ab Elmsleio deletam.

καὶ ταῦτα μέντοι μηδὲν αἰνικτηρίως,
ἀλλ' αὔθ' ἕκαστ' ἔκφραζε· μηδέ μοι διπλᾶς
ὁδούς, Προμηθεῦ, προσβάλῃς· ὁρᾷς δ' ὅτι
Ζεὺς τοῖς τοιούτοις οὐχὶ μαλθακίζεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

σεμνόστομός γε καὶ φρονήματος πλέως
ὁ μῦθός ἐστιν, ὡς θεῶν ὑπηρέτου.
νέον νέοι κρατεῖτε καὶ δοκεῖτε δὴ
ναίειν ἀπενθῆ πέργαμ'· οὐκ· ἐκ τῶνδ' ἐγὼ
δισσοὺς τυράννους ἐκπεσόντας ᾐσθόμην;
τρίτον δὲ τὸν νῦν κοιρανοῦντ' ἐπόψομαι
αἴσχιστα καὶ τάχιστα. μή τί σοι δοκῶ
ταρβεῖν ὑποπτήσσειν τε τοὺς νέους θεούς;
πολλοῦ γε καὶ τοῦ παντὸς ἐλλείπω. σὺ δὲ
κέλευθον ἥνπερ ἦλθες ἐγκόνει πάλιν·
πεύσει γὰρ οὐδὲν ὧν ἀνιστορεῖς ἐμέ.

---

946 *αὐθέκαστα φράζε* pr. M. *ἔκφραζε* libri nonnulli et edd. plerique. Deinde *μηδ' ἐμοὶ* pr. *μηδέ μοι* sec. M. Eur. Phoen. 494 *ταῦτ' αὔθ' ἕκαστα, μῆτερ, οὐχὶ περιπλοκὰς λόγων ἀθροίσας εἶπον.*

948 *Talibus* (*τοῖς μὴ πειθομένοις αὐτῷ* schol. M.) *non lenis est.* Si *τοῖς τοιούτοις* neutrius generis esset, *μαλθάσσεται* potius quam *μαλθακίζεται* dixisset.

949 v. l. *σεμνοστομός τε* malebat Elmsley.

954 *κοιρανοῦντ'* glossam sapit. Malim *ἐκπίτνοντ'*. Regni notio ex superioribus facile suppletur, in eversione regni Prometheus exsultat.

956. 57 *ὑποπτήσειν* pr. *ὑποπτήσσειν* sec. M. Deinde *πολλοῦ δὲ* M.

937—59 Praemittuntur tres Promethei versus Jovis ministrum perstringentis. Totidem versibus ignis raptorem vellicat Mercurius

ΕΡΜΗΣ.

Τοιοῖσδε μέντοι καὶ πρὶν αὐθαδίσμασιν
ἐς τάσδε σαυτὸν πημονὰς καθώρμισας.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

τῆς σῆς λατρείας τὴν ἐμὴν δυσπραξίαν,
σαφῶς ἐπίστασ', οὐκ ἂν ἀλλάξαιμ' ἐγώ.

ΕΡΜΗΣ.

κρεῖσσον γὰρ οἶμαι τῇδε λατρεύειν πέτρᾳ
ἢ πατρὶ φῦναι Ζηνὶ πιστὸν ἄγγελον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

*   *   *   *   *   *

οὕτως ὑβρίζειν τοὺς ὑβρίζοντας χρεών.

---

additque arcte cum his conjunctos sex alios de Jovis mandatis. Sic efficiuntur novem trimetri, ad quos, post duos interpositos, novem trimetris Prometheus respondet.

961 *καθώρισάσ*, ʽper rasuram in *ο* mutato, M. Vulgatam *καθώρμισας* etiam scholion A. *εἰσήγαγες καὶ ἐνέδησας* firmat. *κατούρισας* Hermann.

964. 65 vulgo Prometheo continuatos, Mercurii esse egregie perspexerunt Erfurdt et Hermann, quos secuti sunt Hartung et Paley. Ea enim sunt verba quae antecedentia non confirment, sed refutent, quippe quibus per ironiam (*οἶμαι*) significetur misero servitio (*λατρείᾳ*) non Mercurium addictum esse, sed Prometheum, illum honestum a patre oblatum munus fideliter exsequi. Prometheus haec sic fere dixisset: *κρεῖσσον δὲ τῇδε προσταλαιπωρεῖν πέτρᾳ ἢ τῷ τυράννῳ τῷ νέῳ διακονεῖν.* Ceterum *φῆναι* et *πιστὸν δ'* pr. *πιστόν γ'* rec. M.

966 ut genuinus sit veretur Ribbeck. Sed quum eadem opera versus egregii 964. 5 damnandi essent, ex Keckii potius conjectura, ut et sententiarum nexui et numerorum rationi satisfieret, versum unum excidisse statui.

ΕΡΜΗΣ.

Χλιδᾶν ἔοικας τοῖς παροῦσι πράγμασιν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

χλιδῶ; χλιδῶντας ὧδε τοὺς ἐμοὺς ἐγὼ
ἐχθροὺς ἴδοιμι· καὶ σὲ δ' ἐν τούτοις λέγω.

ΕΡΜΗΣ.

ἦ κἀμὲ γάρ τι συμφοραῖς ἐπαιτιᾷ;

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἁπλῷ λόγῳ τοὺς πάντας ἐχθαίρω θεοὺς,
ὅσοι παθόντες εὖ κακοῦσί μ' ἐκδίκως.

ΕΡΜΗΣ.

Κλύω σ' ἐγὼ μεμηνότ' οὐ σμικρὰν νόσον.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

νοσοῖμ' ἂν, εἰ νόσημα τοὺς ἐχθροὺς στυγεῖν.

ΕΡΜΗΣ.

εἴης φορητὸς οὐκ ἂν, εἰ πράσσοις καλῶς.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὤμοι.

ΕΡΜΗΣ.

τόδε Ζεὺς τοὔπος οὐκ ἐπίσταται.

---

967 πράγμασι ex M. librisque plerisque reduxit Brunck. In veteres editiones irrepserat interpretamentum πήμασι, ab hujus loci ironia alienum.

970 συμφορᾶς Par. D. Valkenaër. At v. δακρύω τύχαις Cho. 74. κερτομίοις ὀργαῖς κατάφρακτος ἐν δεσμῷ Soph. Ant. 956.

973 μικρὰν libri. σμικρὰν Brunck et, ut videtur, M.

976 ὤμοι secundum Hermannum 'non dolentis malis suis vox est, sed cum dolore indignantis ob perversum illud deorum de se judicium'; mihi sic potius exponendum videtur: 'hei mihi,

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ἀλλ' ἐκδιδάσκει πάνθ' ὁ γηράσκων χρόνος.

ΕΡΜΗΣ.

καὶ μὴν σύ γ' οὔπω σωφρονεῖν ἐπίστασαι.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

σὲ γὰρ προσηύδων οὐκ ἂν ὄνθ' ὑπηρέτην.

ΕΡΜΗΣ.

ἐρεῖν ἔοικας οὐδὲν ὧν χρῄζει πατήρ.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

καὶ μὴν ὀφείλων γ' ἂν τίνοιμ' αὐτῷ χάριν.

ΕΡΜΗΣ.

ἐκερτόμησας δῆθεν ὥστε παῖδά με.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Οὐ γὰρ σὺ παῖς τε κἄτι τοῦδ' ἀνούστερος,
εἰ προσδοκᾷς ἐμοῦ τι πεύσεσθαι πάρα;
οὐκ ἔστιν αἴκισμ' οὐδὲ μηχάνημ' ὅτῳ
προτρέψεταί με Ζεὺς γεγωνῆσαι τάδε,

---

quantum abest ut bene mihi sit'. οἴμοι ex schol. M. malebat Elmsley, quasi certum quiddam harum interjectionum discrimen statui posset. Ad hoc Mercurium ὤμοι; τόδε Ζεὺς τοὔπος . . . respondere conjiciebat olim Lachmann, nuper Meineke, ne contra Aeschyli consuetudinem trimeter inter duas personas divideretur. Interjectionis repetitio, nisi fallor, prorsus inhumanam irrisionem haberet.

982 ὥσ παῖδά με M. et libri nonnulli. ὡς παῖδ' ὄντα με vulgo. Melioribus numeris ὥστε παῖδά με Hermann.

983. 84 Libri καὶ ἔτι. Pronomen τοῦδε generis neutrius est: cf. 241. Deinde πευσεῖσθαι M. et plerique, quod tuetur Hermann.

πρὶν ἂν χαλασθῇ δεσμὰ λυμαντήρια.
πρὸς ταῦτα ῥιπτέσθω μὲν αἰθαλοῦσσα φλὸξ,
λευκοπτέρῳ δὲ νιφάδι καὶ βροντήμασιν
χθονίοις κυκάτω πάντα καὶ ταρασσέτω·
γνάψει γὰρ οὐδὲν τῶνδέ μ' ὥστε καὶ φράσαι
πρὸς οὗ χρεών νιν ἐκπεσεῖν τυραννίδος.

ΕΡΜΗΣ.

Ὅρα νυν εἴ σοι ταῦτ' ἀρωγὰ φαίνεται.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὦπται πάλαι δὴ καὶ βεβούλευται τάδε.

ΕΡΜΗΣ.

τόλμησον, ὦ μάταιε, τόλμησόν ποτε
πρὸς τὰς παρούσας πημονὰς ὀρθῶς φρονεῖν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

ὀχλεῖς μάτην με κῦμ' ὅπως παρηγορῶν.
εἰσελθέτω σε μήποθ' ὡς ἐγὼ Διὸς
γνώμην φοβηθεὶς θηλύνους γενήσομαι,
καὶ λιπαρήσω τὸν μέγα στυγούμενον

---

988 *αἰθαλοῦσα* M. v. l. *αἰθεροῦσσα* affert schol. M. *αἰθαλοῦσσα* Canter. Laudant imitationem Euripideam *πρὸς ταῦτ' ἴτω μὲν πῦρ κ. τ. λ.*, Sylei frg. IV.

989 *ἔοικε γὰρ ἡ χιὼν (ἁδρὴ πίπτουσα) πτεροῖσι* Herod. IV, 31. cf. ib. 7.

991 *γνάψει* pr. *γνάμψει* sec. et *φράσειν* M.

994 *ὦ παῖ* M. *ὦπται* schol. M., qui adscripsit *τεθεώρηται*, librique plerique.

997. 98 *λαλῶν ὡς πρὸς κῦμα ἀναίσθητον* schol. rec. M. *ὡς δὲ πέτρος ἢ θαλάσσιος κλύδων ἀκούει νουθετουμένη φίλων* Eurip. Med. 28. Plura dabit Valckenaër ad Eurip. Hipp. 305. Deinde *μήπαθ'*, *α* ex *ω* aut *υ* facto, M.

γυναικομίμοις ὑπτιάσμασιν χερῶν
λῦσαί με δεσμῶν τῶνδε· τοῦ παντὸς δέω.

ΕΡΜΗΣ.

Λέγων ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐρεῖν·
τέγγει γὰρ οὐδὲν οὐδὲ μαλθάσσει κέαρ
λιταῖς· δάκνων δὲ στόμιον ὡς νεοζυγὴς
πῶλος βιάζει καὶ πρὸς ἡνίας μάχει.

960—1002 Bis ad binos, bis ad singulos Mercurii trimetros binis trimetris Prometheus respondet. Sequuntur versus decem, sive tres quattuor tres, singuli singulis personis tributi, nisi quod quaternionis versus primus utrique communis est. Fere eadem diverbii forma conspicuus erat locus 380—95, in quo primum binis, deinde binis singulisque, denique singulis trimetris Prometheus et Oceanus alternabant: quae similitudo non fugit Ribbeckium. Denaria Promethei dictio 983—92 habet versus duo et tres, tres et duo etiam rebus inter se respondentes. Quam qui sequitur denio constat binione et ternione sermonum mutuorum, binione et ternione Prometheo continuatis.

1003 *Dum verba facio, multa videor dicturus et incassum dicturus.* Noli πολλὰ καὶ μάτην divulsa, alterum ad λέγων, alterum ad ἐρεῖν referre. Sic Eum. 116 ὦ πολλὰ δὴ παθοῦσα καὶ μάτην ἐγώ, unde ἐρεῖν ἔοικα πολλὰ καὶ μάτην ἐγώ conjici posset. Sed ferri potest participium λέγων per orationis abundantiam quandam additum.

1004. 5 Libri μαλθάσσῃ λιταῖς | ἐμαῖς, neque alia habuit schol. A. Sed Robortellus ante λιταῖς inserit κέαρ, non librum ille nunc deperditum secutus, sed, ut Dindorfio videtur, Sophiani emendationem ex v. 382 ductam indicaturus eam quam Porsono jubente editores receperunt. Deinde δακὼν legebatur; δάκνων requiri vidit Heimsoeth, et sic schol. A.

ἀτὰρ σφοδρύνει γ' ἀσθενεῖ σοφίσματι.
αὐθαδία γὰρ τῷ φρονοῦντι μὴ καλῶς
αὐτὴ καθ' αὑτὴν οὐδενὸς μεῖον σθένει.
Σκέψαι δ', ἐὰν μὴ τοῖς ἐμοῖς πεισθῇς λόγοις,
οἷός σε χειμὼν καὶ κακῶν τρικυμία
ἔπεισ' ἄφυκτος· πρῶτα μὲν γὰρ ὀκρίδα
φάραγγα βροντῇ καὶ κεραυνίᾳ φλογὶ
πατὴρ σπαράξει τήνδε, καὶ κρύψει δέμας
τὸ σόν, πετραία δ' ἀγκάλη σε βαστάσει.
μακρὸν δὲ μῆκος ἐκτελευτήσας χρόνου
ἄψορρον ἥξεις ἐς φάος· Διός δέ σοι
πτηνὸς κύων, δαφοινὸς αἰετὸς, λάβρως
διαρταμήσει σώματος κύτος μέγα,

1007 Verbum σφοδρύνομαι, quamquam apud seriores tantum scriptores legitur, hic satis firmatur egregie opposito ἀσθενεῖ: injuriam poëtae facit conjectura σφαδάζεις.

1009 Libri οὐδενὸς μεῖζον σθένει, quod esset 'neminem superat', ut recte interpretatur Wellauer docentque Demosthenis verba Olynth. 2, 17 οὐδένων εἰσὶ βελτίους. Sed vanitatis notio hic requiritur. Optime μεῖον Stanley, quem editores plurimi secuti sunt. ἴσον ἐστὶ τῷ μηδενί schol. M., fere ut ἐμοὶ δ' ἔλασσον Ζηνὸς ἢ μηδὲν μέλει, v. 934, schol. A. exponit ἐμοὶ δὲ μικρὸν καὶ ὀλίγον ἢ οὐδ' ὅλως φροντίς ἐστι τοῦ Διός.

1012 ἀφύκτωσ pr. M.

1017 εἰσ φάοσ· διὸσ δέ τοι M. et libri plerique. ἐς φάος Turn. δ' ἔτι Reisig, Hartung. δέ σοι Hermann.

1019 Librorum σώματος μέγα ῥάκος 'corporis magnum pannum' parum convenit ad διαρταμήσει, quod verbum non avellendi, sed scindendi vim habet et ad vocem δαιταλεύς aditum parat. Heimsoeth lusit conjecturam μελάνδρυον. Scripsi σώματος κύτος μέγα 'magnam corporis molem', quo fortasse spectat falsa scholiastae

ἄκλητος ἕρπων δαιταλεὺς πανήμερος,
κελαινόβρωτον δ᾽ ἧπαρ ἐκθοινήσεται.
τοιοῦδε μόχθου τέρμα μή τι προσδόκα,
πρὶν ἂν θεῶν τις διάδοχος τῶν σῶν πόνων
φανῇ, θελήσῃ τ᾽ εἰς ἀναύγητον μολεῖν
Ἅιδην κνεφαῖά τ᾽ ἀμφὶ Ταρτάρου βάθη.
Πρὸς ταῦτα βούλευ᾽· ὡς ὅδ᾽ οὐ πεπλασμένος
ὁ κόμπος, ἀλλὰ καὶ λίαν εἰρημένος·
ψευδηγορεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταται στόμα
τὸ Δῖον, ἀλλὰ πᾶν ἔπος τελεῖ. σὺ δὲ

---

interpretatio *δέρμα*: Lycophron enim v. 1316 arietis pellem dixit *ἐρράου κύτος*, siquidem recte hoc repositum est pro *ἐρράου σκῦτος*. Facile post *σώματος* excidit *κύτος*, quo facto *ῥάκος* ad versum explendum addi potuit.

1020 *πανήμερος* (*ἀνήμερος* tentavit Vit. librarius) non est 'quotidie' sed 'per totum diem' *διὰ πάσης τῆς ἡμέρας* schol. B., quam interpretationem sequuntur Patin, *Études sur les tragiques grecs*, I, p. 291 et Welcker, *Götterlehre*, II, p. 282. Nam in Prometheo soluto *tertio quoque die Jovis satellitem* advolare narratur (Cic. Tusc. II, 10). 'Per totum diem epulo' dictum est ut *κῶμος ἐν δόμοις μένει* Agam. 1134 multaque alia apud Aeschylum.

1021 *κελαινόβρωτον* bene schol. M. exponit *τὸ μελαινόμενον ἐκ τῆς βρώσεως*.

1022—1025 *μή τοι* M. Is erit Chiron. Sed tamen Mercurium haec non ut futura, sed ut vix locum habitura, imo desperanda dicere monuit Welcker, *Trilogie* p. 48.

1027 *λίαν εἰρημένος*, *dictum est neque, ut indictum, revocabitur.* *εἰρημένον* et *ῥητόν* de promissis, pactis, lege statutis saepe usurpatur. Nihil opus conjecturis *ἐτήτυμος*, *ἐρρωμένος*. Versus sequentes referunt Homerica *οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον, οὐδ᾽ ἀπατηλόν, οὐδ᾽ ἀτελεύτητον ὅ,τι κεν κεφαλῇ κατανεύσω*. Il. I, 526.

πάπταινε καὶ φρόντιζε, μηδ' αὐθαδίαν
εὐβουλίας ἄμεινον ἡγήσῃ *
* * * * * ποτέ.

ΧΟΡΟΣ.

Ἡμῖν μὲν Ἑρμῆς οὐκ ἄκαιρα φαίνεται
λέγειν· ἄνωγε γάρ σε τὴν αὐθαδίαν
μεθέντ' ἐρευνᾶν τὴν σοφὴν εὐβουλίαν.
πιθοῦ· σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Εἰδότι τοί μοι τάσδ' ἀγγελίας
ὅδ' ἐθώϋξεν, πάσχειν δὲ κακῶς
ἐχθρὸν ὑπ' ἐχθρῶν οὐδὲν ἀεικές.

1031 ἄμεινον pr. M. ἀμείνον' vulgo. Illud verius esse monuit Meineke. Deinde ποτέ exponi posset 'tandem aliquando', ut v. 995, si diceret τῆς τ' αὐθαδίας εὐβουλίαν ἄμεινον ἡγῆσαί ποτε: sed antecedente μηδ' αὐθαδίαν quid sibi velit ποτέ, non exputo. Itaque lacunam statui sic fere explendam:, παθὼν, ἢν μὴ πίθῃ νῦν, μὴ φρονεῖν μάθῃς ποτέ.

1032—35 Schütz malebat λέγειν· σοφῷ γὰρ αἰσχρὸν ἐξαμαρτάνειν, intermedia ab interpolatore profecta suspicatus, eamque conjecturam non improbabat Hermann. At exemptis verbis ἄνωγε γὰρ . . πιθοῦ, illa non satis cohaererent, et quaternariis clausulis chorus uti solet. Vide de antiquorum prolixitate quadam dicendi ad Sept. 500 adnotata. Ceterum πείθου M. et plerique. πιθοῦ cum libris nonnullis Blomfield.

1003—35 Mercurius graviorum suppliciorum minas bis senis versibus comprehendit, 1010—15, 1016—21, additque quattuor liberationis spem tollentes. Minis praemittit subjicitque monita quaedam septenorum utraque versuum. Chori quaternio locum claudit.

πρὸς ταῦτ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπτέσθω μὲν
πυρὸς ἀμφήκης βόστρυχος, αἰθὴρ δ'
ἐρεθιζέσθω βροντῇ σφακέλῳ τ'
ἀγρίων ἀνέμων, χθόνα δ' ἐκ πυθμένων
αὐταῖς ῥίζαις πνεῦμα κραδαίνοι,
κῦμα δὲ πόντου τραχεῖ ῥοθίῳ
συγχώσειεν τῶν οὐρανίων
ἄστρων διόδους, ἔς τε κελαινὸν
Τάρταρον ἄρδην ῥίψειε δέμας
τοὐμὸν ἀνάγκης στερραῖς δίναις·
πάντως ἐμέ γ' οὐ θανατώσει.

ΕΡΜΗΣ.

Τοιάδε μέντοι τῶν φρενοπλήκτων

1039 πρὸσταῦτ' (litteris στ a rec. m.) ἐπί μοι ῥιπτείσθω (?) μὲν M.

1041 σφακέλῳ i. e. σπασμῷ, συντόνῳ κινήσει schol. M.

1045 Libri τῶν τ' οὐρανίων, quae verba schol. A et editiones veteres cum ῥίψειε δέμας jungebant. Bene Stanley plenam post συγχώσειεν interpunctionem sustulit, ut sententia evaderet haec: 'procella terram labefactet et misceat mare coelo.' Sed tamen sic etiam priori rerum miscendarum appellationi copula τέ ex usu Graecorum adjicienda erat (συγχώσειε δὲ κῦμά τε πόντου τῶν τ' οὐρανίων . .). Accedit quod συγχῶσαι obruendi (συγκαλύψειεν schol. M.) potius quam miscendi vim habet, praesertim sequente διόδους. Ideo particulam post τῶν delevi. *Marisque fluctus saevo obruat aestu coelestes astrorum vias.*

1048 στερεαῖς, ut formam antiquiorem, coll. v. 175 ex Mosc. 1 ascivit Hermann. Ceterum ῥίψειε ad Jovem referendum videtur, ut infra θανατώσει. Cf. 988 sqq. κυκάτω (Ζεύς) post ῥιπτέσθω φλόξ illatum.

βουλεύματ' ἔπη τ' ἔστιν ἀκοῦσαι.
τί γὰρ ἐλλείπει μὴ παραπαίειν
ἡ τοῦδ' εὐχή; τί χαλᾷ μανιῶν;
ἀλλ' οὖν ὑμεῖς γ' αἱ πημοσύναις
συγκάμνουσαι ταῖς τοῦδε τόπων
μετά ποι χωρεῖτ' ἐκ τῶνδε θοῶς,
μὴ φρένας ὑμῶν ἠλιθιώσῃ
βροντῆς μύκημ' ἀτέραμνον.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄλλο τι φώνει καὶ παραμυθοῦ μ'
ὅ τι καὶ πείσεις· οὐ γὰρ δή που
τοῦτό γε τλητὸν παρέσυρας ἔπος.
πῶς με κελεύεις κακότητ' ἀσκεῖν;
μετὰ τοῦδ' ὅ τι χρὴ πάσχειν ἐθέλω·
τοὺς προδότας γὰρ μισεῖν ἔμαθον,

1051 *ἢτουδ' εὐτυχῆ* (spiritum et accentum in *ἢ* addidit sec.) M. *εἰ τάδ' εντυχῆ* libri plerique. *εἰ γ' οὐδὲ τύχῃ τι χαλᾷ μανιῶν* Blomfield in ed. prima. *ἡ τοῦδε τύχη; τί χαλᾷ μανιῶν;* Dindorf. *εἰ γ' οὐδ' εὐχῇ τι χ. μ.* Hermann. *εἰ δ' εὖ τὰ τύχῃ, τί χ. μ.;* Heimsoeth. Medicei scripturam ex variis lectionibus *ητουδευχη* et *ητουδετυχη* conflatam esse vidit Hermann. Scripsi *ἡ τοῦδ' εὐχή;*

1054 *ὑμεῖσ γε πημοσύναισ* M. et plerique. Emendavit Turnebus.

1056 Libri *που*. Blomfield *ποι*, idque in V. suprascriptum.

1061 *παρέσυρας ἔπος, pravum adjecisti verbum.*

1063 Sine ulla causa haec ad certum quendam illorum temporum proditorem trahunt interpretes. Iphicratem (v. Aristot. Rhet. 2, 23) valde indocte intelligunt schol. O. P., Pausaniam respici vult Reisig, Themistoclem Hermann.

κοὐκ ἔστι νόσος
τῆσδ' ἥντιν' ἀπέπτυσα μᾶλλον.

ΕΡΜΗΣ.

Ἀλλ' οὖν μέμνησθ' ἁγὼ προλέγω·
μηδὲ πρὸς ἄτης θηραθεῖσαι
μέμψησθε τύχην, μηδέ ποτ' εἴπηθ'
ὡς Ζεὺς ὑμᾶς εἰς ἀπρόοπτον
πῆμ' εἰσέβαλεν· μὴ δῆτ', αὐταὶ δ'
ὑμᾶς αὐτάς. εἰδυῖαι γὰρ
κοὐκ ἐξαίφνης οὐδὲ λαθραίως
εἰς ἀπέραντον δίκτυον ἄτης
ἐμπλεχθήσεσθ' ὑπ' ἀνοίας.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

Καὶ μὴν ἔργῳ κοὐκέτι μύθῳ
χθὼν σεσάλευται·
βρυχία δ' ἠχὼ παραμυκᾶται
βροντῆς, ἕλικες δ' ἐκλάμπουσι
στεροπῆς ζάπυροι, στρόμβοι δὲ κόνιν

1067 *ἅτ' ἐγὼ* M. *ἁγὼ* Porson. *ἅ γ' ἐγὼ* Hermann.

1073. 74 *καὶ οὐκ* et *ἀπέρατον* M. *ἀπέραντον* plerique. Cf. v. 154.

1078 *βρυχία*, quam vocem invita brevi antepenultima schol. A. exponit *βρύχουσα*, a *βρέχειν* derivari jam monuit H. Stephanus. Dicit tonitrum subterraneum, *βρόντημα χθόνιον* v. 990, 'alta terra mersum' et profundum quid sonantem. V. Luc. de Dips. c. 3: *ἑρπετὰ . . τὰ μὲν ὑποβρύχια φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου, τὰ δὲ ἄνω ἐπιπολάζοντα*, quem locum attulit Hermann, et medicorum Hippocratis et Aretaei locos in novo Thesauro adscriptos, quibus vena, febris, alia sub imo corpore latentia *βρύχια* vel *ὑποβρύχια* dicuntur.

εἱλίσσουσι· σκιρτᾷ δ' ἀνέμων
πνεύματα πάντων εἰς ἄλληλα
στάσιν ἀντίπνουν ἀποδεικνύμενα·
ξυντετάρακται δ' αἰθὴρ πόντῳ.
τοιάδ' ἐπ' ἐμοὶ ῥιπὴ Διόθεν
τεύχουσα φόβον στείχει φανερῶς.
ὦ μητρὸς ἐμῆς σέβας, ὦ πάντων
αἰθὴρ κοινὸν φάος εἱλίσσων,
  ἐσορᾷς μ' ὡς ἔκδικα πάσχω.

1081 *ἑλίσσουσιν* et 1088 *ἑλίσσων* M. Correxit Turnebus.

1083 *ἀντίπνουν* forma contracta mediaque syllaba producta merito suspectum Kiehlio ita corrigendum esse suspicatur Dindorf, ut pro *ἀποδεικνύμενα*, quod interpretem sapit, verbum aliquanto gravius reponatur. Fortasse *στάσιν ἀντιπνόον στασιαζόμενα* vel *διεριζόμενα*. Meineke conj. *ἀντιόπνουν*, coll. *ἀντιοστατεῖν* et *ἀντιόφρων*.

1087—89. Matrem suam hic non simpliciter Themin, sed, ut versu 212, Themin Tellurem dicere videtur: nam in hujusmodi obtestatione coelum et terra conjungi solent. Hoc bene intellexit Hermann, minus bene ante *ὦ μητρὸς* inserendum putabat *ὦ Θέμις, ὦ Γῆ*. Idem haec per interrogationem proferri mavult.

1036—89 Anapaestorum formam antitheticam primus animadvertit Hermann. Prometheus bis utitur ordinibus quaternis denis (3, 11. 11, 3), Mercurius bis nonis, in medio positum est chori systema octonarium. Post *σεσάλευται* v. 1077 duos anapaestos excidisse probabiliter conjiciunt Hartung et Meineke. Utraque Promethei dictio uno impetu per dimetros, nullo admixto monometro, decurrere videtur. Mercurii systemata an monometris distinguenda sint dubitari potest.



Numerorum lyricorum conspectus.[1]

Parodus.

Str. I v. 128—135 = Ant. I v. 144—151.[2]

— ⊥ . ◡ — — ◡ ◡ ⊥ ◡ — ◡ — —
◡ ◡ ⊥ ◡ — ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — . ◡ — —
◡ ⊥ . ◡ — — ◡ ◡ —
⊥ ◡◡ — ◡◡ — ◡ — —

[1]) Diverbii in membra sua divisio et concinna structura qualis mihi videatur quum in commentario satis exposuerim, numeros nudos iterum in tabula proponere nolui.

[2]) Schol. M. *ὁ ῥυθμὸς Ἀνακρεόντειός ἐστι κεκλασμένος πρὸς τὸ θρηνητικόν. ἐπεδήμησε γὰρ τῇ Ἀττικῇ Κριτίου ἐρῶν καὶ ἠρέσθη λίαν τοῖς μέλεσι τοῦ τραγικοῦ* (imo *τοῖς μέλεσιν αὐτοῦ ὁ τραγικός*). *ἐχρῶντο δὲ αὐτοῖς οὐκ ἐν παντὶ τόπῳ, ἀλλ' ἐν τοῖς θρηνητικοῖς, ὡς καὶ Σοφοκλῆς Τυροῖ β'. ἔστι δὲ ταῦθ' ὅμοια τῷ*

Οὐδ' ἄν μ' ἐάσεις μεθύοντ' οἴκαδ' ἀπελθεῖν.

Hanc auctoritatem secutus Hermannus merito respuit hujus strophae divisionem iambico-choriambicam, quae Anglis potissimum editoribus et Rossbacho Westphaloque placuit: *Μηδὲν φοβηθῇς, φιλία | γὰρ ἥδε τάξις πτερύγων | θοαῖς ἁμίλλαις προσέβα.* Accedit quod aliae Aeschyli strophae ab eodem quo haec stropha similive versu incipientes, Prom. 400. Sept. 720 (710, quem non recte nuper distinxi), haud dubie numeris ionicis utuntur. V. Heimsoeth, *Wiederherstellung*, p. 360.

⏑ ⊥ · ⏑ — — ⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑ ⊥ · ⏑ — —

⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ — —

Str. II v. 160—167 = Ant. II v. 180—187.

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ ⏑ —

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⏑ ⊥ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ —

⏑́⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —

⊥ ⏑ — ⏑ — ·

⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑ — · —

Stasimum primum.

Str. I v. 400—407 = Ant. I v. 408—415.

⏑ ⊥ · ⏑ — — ⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ — — ⏑ — —

Str. II v. 416—420 = Ant. II v. 421—425.

⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏓

⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

⊥ ⏑ — ⏑⏑ ⏔ ⏑ — ·

⊥ ⏑⏑ — ⏑ — · —

Str. III v. 426—430 = Ant. III v. 431—435.

⏑ ⊥ ⬥ — ⬥ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⬥ — ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏓
⏑ ⊥ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⬥ ⏓
⊥ — — ⏑⏑ — ⏑⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⬥ —

Stasimum secundum.

Str. I v. 526—532 = Ant. I v. 533—539.

⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —
⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — —
{ ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — —
{ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — ⊥ ⏑ —
⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —
⊥ ⏑ — — — ⏑ — — ⊥ ⏑ — ⏑ — ⬥ —

Str. II v. 540—545 = Ant. II v. 546—551.

⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⬥ —
⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⬥ —
⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑ — ⬥ ⏒
⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —
⏑⏑ ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⬥ —
⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

Ionis monodia.

Proodus v. 558—567.

— ⊥ ⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — . ⏒
— ⊥ ⏑ — — — ⏑ —
⏑ ⊥ — . —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — . —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — . —
— ⏑́⏑ — ⏑ — — — ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — — —

Str. v. 568—584 = Ant. v. 589—605.

{ ⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
{ ⊥ ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ ⏒
{ ⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ —
{ ⏑ ⏑́⏑ — ⏑ —
{ ⏑́⏑ ⏑ — ⏑⏑ ⏑ — ⏑⏑ ⏑ —
{ ⏑ ⊥ — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ —
{ — ⏑́⏑ – – ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑⏑ — — —
⏑ ⏑́⏑ ⏑ — ⏑ — . —
{ ⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
{ ⊥ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ — . —
⊥ ⏑ — ⏑ —
{ ⏑ ⊥ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ —
{ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ — . ⏒

⏑ ⊥ — ⏑ — — ⏑ — — ⏑ —

Choricum.

v. 684—691.

⏑ ⏑́⏑ — ⏑ ⏑⏑ —

— ⊥ ⏑ — · — ⏑ — · — ⏑ —

⏑ ⊥ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑' — ⏑ —

— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — · ⏓

— ⏑́⏑ — ⏑⏑ — ⏑⏑ — —

— ⊥ — — — — · —

⏑ ⊥ [⏑ —] · — ⏑ — · ⏓

⏑ ⊥ · — ⏑ — ⏑ — ⏑ — · —

Stasimum tertium.

Str. v. 883—889 = Ant. v. 890—896.

⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — —

⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — —

⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏓

⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ — — ⊥ ⏑ —

— ⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —

⊥ ⏑ — — ⊥ ⏑⏑ — ⏑⏑ —

⊥ ⏑ — — — ⏑ — — — ⏑ —

Epodus v. 897—902.

⏑ ⊥ · — · — ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ —

⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — · ⏓

⏑ ⏑́⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑́⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⏑ ⊥ · — · — ⏑ — ⏑ — ⏑ —

⊥ ⏑⏑ — ⏑ — · ⏓

Corrigenda.

Ad v. 255 l. 9 lege : *βέβηλον ἂν πέδον·*
V. 273 lege : *καίτοι.*
Ad v. 789 l. 6 lege : *γῆς ἥξεις·*

Gissae, typis W. Keller.

AESCHYLI

QUAE SUPERSUNT

TRAGOEDIAE.

VOL. II. SECT. III.

SUPPLICES.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR

GISSAE.

IMPENSAS FECIT J. RICKER.

MDCCCLXVI.

AESCHYLI

SUPPLICES.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.

GISSAE.
IMPENSAS FECIT J. RICKER.
MDCCCLXVI.

PRÆFATIO.

Supplices majoris operis et quidem, ex Aeschyli consuetudine, trilogiae partem fuisse primumque in ea locum obtinuisse satis constat. Nam ea in hac fabula aguntur quae ad alia multo graviora aditum parant, ut qui Danaidum res una tragoedia absolvere voluisset non hoc potissimum argumentum, sed graviora illa tractanda sibi sumpsisset, et in prima fabulae parte res ante actae copiosius exponuntur quam fieri par erat, si eadem spectatoris oculis subjecta jam fuissent [1]).

Io Argiva, domo profuga post multos errores in Aegyptum quum pervenisset, genus regium ibi condiderat, cujus generis proles quinta relicta Aegypto exul in antiquam aviae patriam revertitur. Exilii causa sunt nuptiae invisae. Nam Danai filias fratres patrueles, Aegypti filii, uxores sibi poscunt vel potius ancillas, ut qui vi et armis invitas puellas ab invito

---

[1]) Supplices secundam trilogiae fabulam fuisse, opinio est Hermanno auctore jam a viris doctis relicta.

patre repetant. Quam condicionem servilem abominatae, Danao patre consilii auctore et fugae duce, Graecorum, unde oriundae sunt, terram libertate et humanitate florentem supplices adeunt, non a matrimonio abhorrentes, sed a saeva illa Venere amoris et concordiae experte.

Μηδ' ὑπ' ἀνάγκας
τέλος ἔλθοι Κυθερείας·
στυγερῶν πέλοι τόδ' ἆθλον.
Κύπριδος δ' οὐκ ἀμελεῖ θεσμὸς ὅδ' εὔφρων·
δύναται γὰρ Διὸς ἄγχιστα σὺν Ἥρᾳ·
τίεται δ' αἰολόμητις
θεὸς ἔργοις ἐπὶ σεμνοῖς.
μετάκοινοι δὲ φίλᾳ ματρὶ πάρεισιν
Πόθος ᾇ τ' οὐδὲν ἄπαρνον
τελέθει θέλκτορι Πειθοῖ.
δέδοται δ' Ἁρμονίᾳ μοῖρ' Ἀφροδίτας
ψεδυραὶ τρίβοι τ' ἐρώτων[2]).

Itaque in litore Argivo ad deorum aras considit supplex virginum caterva, ramos vitta ornatos manibus

---

[2]) V. 988 sqq. Praeterea rem aperte declarant vv. 217 et 321. Cf. etiam 712 et 211. Vix credi potest multos interpretes opinatos esse Danaides fratrum patruelium nuptias incesti nomine abominari atque poëtae Atheniensi, cujus civitatis instituta bene nota sunt, eam tribuisse religionem, qua ne christiani quidem homines multum moventur. Optime rem exposuit Welcker, *Kleine Schriften* IV p. 122 sqq., nonnullis tamen locis non satis recte expositis. V. etiam Kruse, novissimus hujus fabulae editor idemque elegans interpretationis germanicae auctor, ad v. 9.

gerentes, veste et oris specie extraneae, sed ea servitutis impatientia animique indole ut graecam originem agnoscas. Benigne advenas excipit rex Pelasgus, hospitium tamen auxiliumque polliceri dubitat. Veretur enim civitatem incertis belli periculis objicere, religiosum habet supplicum preces repudiare: populum igitur de re tanta consulere statuit. Qui quum miserarum causam et hospitalia jura, a rege commendata, fortiter suscipiat ac tueatur, virgines Argos abeunt, quam novam patriam, abdicata Aegypto, laetae salutant. Sed columbas prope sequuntur accipitres. Jam advenerunt Aegypti filii, jam descensum parant; navem qua vehuntur e loco edito Danaus speculatus est, praeco praemissus ut fugitivas repeteret ingentem virginibus terrorem injecit. Quem superveniens rex Pelasgus quamquam in ordinem cogit et cum constantibus mandatis ad dominos remittit, tamen Danaides inter spem metumque suspensae certaminis eventum anxiis animis exspectant.

Haec argumenti summa neque rerum implicatione, neque personarum scenicarum vel numero vel subtilius expressis moribus variatur. Nam quod interpretes novissimi [3]) sibi persuaserunt, timidum Pelasgi ingenium nihil sine populo audentis opponi intrepidae senis Danai virtuti, illumque imperio amittendo, hunc acquirendo regno idoneum esse, id mihi secus videtur.

---

[3]) Droysen, interpretat. german. ed. II. Welcker, *l. l.* p. 105 sqq., Kruse in praefatione.

Immo egregii viri munus tuetur rex Argivorum, dum caute deliberat de consilio capiendo, captum strenue exsequitur. Qui si diutius cunctatur, non suae, sed publicae saluti providet; si rem integram ad populum defert, non regio animo caret, sed civilis et legibus adstrictus primum potius civitatis magistratum, quam summum imperatorem agit. Opponitur enim Graeca libertas Asiaticae servituti, Graeca humanitas barbarorum impotenti ferociae, et gentium potius quam singulorum hominum mores delineantur [4]). Primum autem sine dubio locum obtinent chori partes, quae et poëticis virtutibus plurimis splendent et spectatoris animum totum in se convertunt. Tanto odio procorum violentiam virgines aversantur, transmisso mari, si homines dique superi opem miseris denegent, ad inferos usque fugere paratae, tantum virorum horrorem et reliqua spirant et id potissimum carmen quod conspecta nave canunt, ut atrox illud facinus quo Danaidum nomen inclaruit facile augureris. Adde quod Jovem generis auctorem iis precibus invocant, hymnis celebrant, quibus nihil altius magnificentiusque Graecorum poësis protulit, neque dubitabis quin canticorum potissimum praestantia in causa fuerit cur haec fabula posteris traderetur.

Haec ita comparata sunt, ut Supplices, si non tempore superstitum tragoediarum antiquissima, quod, ut veri simile est, ita affirmari nequit, at forma anti-

---

[4]) V. 356—363. 669 sq. 731. 897—908. 211.

quissimae tragoediae proxima videatur. Externa quidem argumenta, quibus usi critici nonnulli ultimis poëtae annis fabulam nostram assignabant, vanissima puto [5]); interna omnia priscam artem significant. Lyrica praevalent, chorus quasi primarum partium actor est, fabula omisso prologo a parodi anapaestis incipit, quae singula etiam in aliis fabulis occurrunt, omnia in hac una conjuncta sunt. Praeterea personarum distributio peculiare quiddam habere mihi videtur. Nam ad duo actores, quibus poëta utitur, quum tertia persona accedat coryphaeus, tamen diverbia simplicissima sunt neque usquam tres inter se colloquentes videas : plerumque chori dux cum una persona componitur, cum Danao aut cum Pelasgo aut cum praecone, semel Danaus et Pelasgus, semel Pelasgus et praeco ita verba faciunt, ut his diverbiis scenicis chorus non interveniat. Denique trilogica compositio aliquantum differt ab Orestea Thebaide Prometheis, quae constant fabulis argumenti quidem continuitate quadam conexis, sed tempore disjunctis et absolutae singulis tragoediae speciem prae se ferentibus; Supplicum autem exitus in eo rerum

[5]) Vota pro Argivorum salute facta ad foedus Argivum, probra in Aegyptios jactata ad expeditionem Aegyptiacam referebantur. At vota illa iis verbis concepta sunt, quae facile a populo de ipsis Athenis acciperentur, et bellum Aegyptiacum pro Aegyptiorum libertate contra Persas gestum est. Plura de his dixi in dissertatione a. 1844 Parisiis edita, *de tragoediarum graecarum cum rebus publicis conjunctione*, p. 12 sq.

articulo subsistit ubi tragicus eventus exspectatur, neque tam integra fabula quam majoris operis actus videtur.

Reliquarum quae eadem trilogia comprehensae erant tragoediarum tenuis est memoria, et de secunda etiam minus constat quam de tertia. Argivos armis supplices defendisse iis quae in fabula superstite leguntur, populi decreto, praeconis minis, regis responso animoso satis declaratur [6]. Sed proelio adverso pacem petere coguntur, quae ea condicione datur ut Danai filiae Aegyptiadis nubant. Nuptum eunt, non ut maritis jungantur, sed ut interficiant dominos, et proprio odio motae, et patre jubente ac pugionibus, siquidem hoc Aeschylo tribuendum, filiarum dextras armante [7]. At nocturna caedes quum in scena exhiberi nequeat, ita res adornandae erant ut ea quae noctis facinus proxime antecedebant quam plenissime oculis subjicerentur et nuptarum consilia vel palam inirentur vel, quod magis crediderim, tectis verbis significarentur. Ad haec egregie convenit fabulae titulus, quam primus Hermannus ad hoc argumentum retulit, *Θαλαμοποιοί*. Nuptiarum ritus, cubiculorum constructio horrore rerum instantium spectatores perfundebant. Exstat hoc frustulum [8]:

---

[6]) Aliter Welcker, quem refutavit Kruse p. 10.

[7]) Apollodorus II, 1, 5 aliique.

[8]) Pollux VII, 122 *καὶ ἐκφατνωμα* (*φάτνωμα* Herm.) *δὲ καὶ κῦμα μέρη ἐργων ἐν Αἰσχύλου Θαλαμοποιοῖς· ἀλλ᾽ ὁ μέν τις.*

Ἀλλ' ὁ μέν τις Λέσβιον φατνώματι
κῦμ' ἐν τριγώνοις ἐκπεραινέτω ῥυθμοῖς.

Erant autem *θαλαμοποιοί* ipsae Danaides, ut quae servorum operibus praesiderent [9]).

Verum in censum venit alius quoque titulus, *Αἰγύπτιοι*, jam pridem huic trilogiae a viris doctis vindicatus. Qui quum non facile alio referatur, probabiliter Welcker utrumque, et Aegyptios et Thalamopoeos, diversos ejusdem fabulae titulos fuisse suspicatur. Parum lucis affert, quod solum de Aegyptiis traditur, Aeschylum ibi Plutonem Zagrei nomine appellasse. Ex incerta fabula exstat Aeschyli versus

Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι [10]).

Peractum est facinus horrendum, sed legitimum. Tertia fabula, *Danaidibus*, judicium habetur, non de iis quae patri et jurijurando obtemperarunt, sed de ea quae misericordia et amore victa fidem fefellit. Lynceus enim, mitioris quam fratres animi, solus

---

Nauck temptat *ἀλλ' ἄγεθ' ὁ μέν τις*. Conferunt Hesych. *φατνώματα· σανιδώματα*. Aristot. Eth. Nicom. V, 14. Vitruv. IV, 6, 2.

9) Welcker, l. l. p. 129.

10) Etym. Gud. 227, 37. Cramer Anecd. Oxon. II. 443, 8. *Ζαγρεύς· ὁ μεγάλως ἀγρεύων . . ἐν δὲ Αἰγυπτίοις οὕτως αὐτὸν τὸν Πλούτωνα καλεῖ.* Deinde afferuntur vv. 144 sq. Supplicum, cujus fabulae titulum excidisse, jure statuit Hermann. — Schol. Aristoph. Nub. 1128 et schol. Med. Theocr. XV, 48 Aeschylo tribuunt proverbium *δεινοί . .*, quod Zenobius aliique sine auctore habent.

pepercerat virgini denuptae neque venere frui voluerat quam ab invita abstulisset [11]). Verecundiae respondit amor: Hypermnestra Lynceo pepercit. Itaque a patre sororibusque apud judices Argivos accusatur quod, violata fide, spreta patris reverentia, in maximum suos periculum adduxerit servando fratrum ultore [12]).

Danao, qui re bene gesta *senectutem exuisse* [13]) sibi videbatur, tribuuntur versus tres, de quibus hoc unum affirmaverim, eos corruptos esse neque intellegi posse.

Κἄπειτα δ' εἶσι λαμπρὸν ἡλίου φάος
ἕως ἐγείρω πρευμενεῖς τοὺς νυμφίους
νόμοισι θέντων σὺν κόροις τε καὶ κόραις [14]).

Accusatae patrocinium suscepit Venus ipsa, e cujus oratione ad nos pervenit hoc nobile fragmentum

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.

---

[11]) Apollodorus II, 1, 5 *αὕτη δὲ Λυγκέα διέσωσε παρθένον αὐτὴν φυλάξαντα.* Idem narrant ceteri testes antiqui.

[12]) Pausanias II, 19, 6 *ταύτην γὰρ τῶν θυγατέρων μόνην τὸ πρόσταγμα ὑπεριδοῦσαν ὑπήγαγεν ὁ Δαναὸς ἐς δικαστήριον, τοῦ τε Λυγκέως οὐκ ἀκίνδυνον αὑτῷ τὴν σωτηρίαν ἡγούμενος καὶ ὅτι τοῦ τολμήματος οὐ μετασχοῦσα ταῖς ἀδελφαῖς καὶ τῷ βουλεύσαντι τὸ ὄνειδος ηὔξησεν.*

[13]) Hesych. *καθαίρομαι γῆρας· ἐκδύομαι. Αἰσχύλος Δαναΐσι.*

[14]) Schol. Pind. Pyth. III, 27 *τὸ ὑποκουρίζεσθαι ἀοιδαῖς εἶπε διὰ τὸ τοὺς ὑμνοῦντας ἐπευφημιζομένους λέγειν· σὺν κούροις τε καὶ κόραις. Αἰσχύλος Δαναΐσι· κἄπειτα* . . Cf. Hesych. *κουριζόμενος.*

ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
ἔκυσε γαῖαν· ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
μήλων τε βοσκὰς καὶ βίον Δημήτριον·
δενδρῶτις ὥρα δ' ἐκ νοτίζοντος γάμου
τέλειός ἐστι. τῶν δ' ἐγὼ μεταίτιος [15]).

Dea intercedente virgo absoluta est. Jam vero, quum apud Graecos constaret Argivos in Danai potestatem nomenque cessisse, Venus, nisi fallor, Pelasgum jussit in alterum illud quod versus septentriones habebat regnum (Suppl. 244 sqq.) secedere, Danao, cui armatos comites populus Argivus statim advenienti decreverat (Suppl. 941 sqq.), Argi imperium mandavit [16]), Hypermnestram Lynceumque auctores fore praedixit nobilis stirpis regiae, ex qua Jovis filius Hercules, clarior ille quam Epaphus, nasciturus esset.

---

[15]) Athen. XIII, p. 600 A *καὶ ὁ σεμνότατος δ' Αἰσχύλος ἐν ταῖς Δαναΐσιν αὐτὴν παράγει τὴν Ἀφροδίτην λέγουσαν· ἐρᾷ* . . Eustathii error, versus quinque priores p. 978, 24 Aeschylo Alexandrino adscribentis, unde ortus esset intellexerunt Schütz et Hermann. V. 1 *χρῶσαι, πλῆσαι, στρῶσαι* conj. viri docti. V. 3 v. l. *εὐναοντος* mavult Meineke ad Theocr. p. 425. Vulgatam tuetur Hermann *ὑδάτεσσιν ἀειναέεσσι* Nicandri apud Ath. II, p. 61 A. Neutra placet. V. 6 *δένδρων τις* libri. Corr. Dobree et Herm. V. 7 *τῶνδ'* malit Nauck.

[16]) Jam in secunda trilogiae fabula vel ante eam Danaum imperio potitum esse statuunt Droysen Welcker alii, Pelasgi obtrectatores. Hunc potius pacem cum Aegypti filiis fecisse crediderim, non Danaum, caedis auctorem. — Strabo V p. 338 *Αἰσχύλος δ' ἐκ τοῦ περὶ Μυκήνας Ἄργους φησὶν ἐν Ἱκέτισιν ἢ* (*καὶ* Herm.) *Δαναΐσι τὸ γένος αὐτῶν* (sc. *τῶν Πελασγῶν*).

Hanc trilogiam secuta esse videtur *Amymone* fabula satyrica. Virginem tradunt, quum eam pater aquatum misisset, in solitudine a satyro temptatam esse. Lascivum amatorem fugavit Neptunus, belluarum illum amore dignum dictitans,

θρώσκων κνώδαλα

ipseque divino jure usus est.

Σοὶ μὲν γαμεῖσθαι μόρσιμον, γαμεῖν δ' ἐμοί.

In puellae gratiam deus, fuscina, quam in Satyrum miserat, ex rupe ubi defixa erat educta, fontem Amymonium sive Lernaeum aperuit, ipsam filio rei nauticae peritissimo, Nauplio, claram futuram promisit [17]). Talis fabula laetum et tragoediarum gravitati lepide oppositum exodium praebebat. Conjecturam firmant fabulae satyricae Proteus Orestiae subjecta, Sphinx Thebaidi, Lycurgus Lycurgiae, quae et ipsae argumento cum trilogiis conjunctae erant.

---

[17]) Argumentum enarrant Hyginus fab. 169, Apollod. l. l., Propert. II, 26, 47 aliique. Fragmenta servarunt Hesychius *θρώσκων κνώδαλα· ἐκθορίζων καὶ σπερματίζων, γεννῶν. Αἰσχύλος Ἀμυμώνῃ.* Ammonius in v. *γῆμαι* p. 37 *Αἰσχύλος ἐν Ἀμυμώνῃ· σοὶ μὲν . .*, coll. Herodiano in Boissonadii Anecd. III, p. 263 et Etym. Gud. p. 125. Tertium affert Athenaeus XV p. 690 C. *καὶ μήποτε οὐκ ἔστι μύρον ἡ βάκκαρις. Αἰσχύλος γὰρ ἐν Ἀμυμώνῃ ἀντιδιαστέλλων φησί·*

Κἄγωγε τὰς σὰς βακκάρεις τε καὶ μύρα.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

ΙΚΕΤΙΔΕΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΧΟΡΟΣ ΔΑΝΑΙΔΩΝ.
ΔΑΝΑΟΣ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΑΡΓΕΙΩΝ.
ΚΗΡΥΞ.

Str. II v. 56—60 = Ant. II v. 61—65.

⊥ ⏑ ⏑ — ⋅ — ⏑ ⏑ — ⋅ — ⏑ ⏑ —
— ⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⋅ ⊥ ⏑ ⏑ — ⋅ — ⏑ ⏑ — ⋅
⊥ ⏑ ⏑ — ⋅ — ⏑ ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑̲

Str. III v. 66—72 = Ant. III v. 73—79.

⊥ ◡◡ — ◡◡ — ◡◡ — ◡◡ — ◡◡ — ◡

⊥ — — ◡◡ — . — ◡◡ — ◡ — ◡

◡ ⊥ ◡◡ — ◡ — ◡ —

◡ ⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

⊥ ◡◡ — ◡◡ — . ⊥ ◡◡ — .

⊥ ◡◡ — ◡◡ —

⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

Str. IV v. 80—85 = Ant. IV v. 86—91.

⊥ — — ◡◡ — ◡◡ — .

⊥ ◡◡ — ◡◡ — .

⊥ — — ◡◡ — . —

⊥ — — ◡◡ — .

— ◡ — ◡ — . — .

— ◡ — ◡◡ — ◡ — —

Str. V v. 92—98 = Ant. V v. 99—105.

◡ ⊥ . — . — ◡ — ◡ — ◡ — .

⊥ ◡ — . — ◡ —

◡ ⊥ . — ◡ — ◡ — —

⊥ ◡◡ — . — ◡◡ —

⊥ ◡◡ — ◡ — ◡ —

⊥ ◡◡ — ◡ — ◡ —

⊥ ◡◡ — ◡ — . —

Str. VI v. 106—114 = Ant. VI v. 115—123.

◡ ⊥ ◡ ◡◡ ◡ ◡◡ ◡ ◡◡ ◡ — ◡ —

◡ ◡́◡ ◡ ◡◡ ◡ ◡◡ ◡ —

◡ ⊥ ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ —

⊥ ◡◡ — ◡ — . —

⊥ ◡ ◡ — ◡ — ◡ —

⊥ — — — — — — —

⊥ — — ◡ ◡ — ◡ — ·

⊥ ◡ ◡◡ ◡ — ◡ — ·

⊥ ◡ ◡ — ◡ — · —

Str. VII v. 124—132 = Ant. VII v. 133—141.

◡ ⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

— ◡́◡ ◡ — ◡ — ◡ ◡̲

◡ ⊥ · — · — ◡ — ◡ — ◡ ◡̲

⊥ ◡ — ◡ — ◡ — ·

⊥ ◡ — · — ◡ — ·

⊥ · — · — · — · — · —

⊥ ◡ — ◡ — · —

⊥ ◡ — · — ◡ ◡ — ◡ — · —

— ⊥ ◡ — ◡ ◡◡ ◡ ◡◡ ◡ — ◡ —

Str. VIII v. 142—153 = Ant. VIII v. 154—165.

⊥ ◡ — ◡ — · ◡̲

⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

— ⊥ ◡ — · — ◡ — ◡ — ◡ — ·

⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

⊥ ◡ — ◡ — ◡ ◡̲

⊥ ◡ — ◡ — · ◡̲

⊥ ◡ — · — ◡ — ◡ — ◡ —

— ⊥ — — — — — —

— ⊥ — — — — — —

◡ ◡ ⊥ · — ◡ ◡ — · —

◡ ◡ ⊥ · —

⊥ ◡ ◡ — ◡ — · —

Diverbium dochmiaco-iambicum.

Str. I v. 334—340 = Ant. I v. 346—352.

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ — — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ — [1])
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
— ⏑́⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. II v. 358—363 = Ant. II v. 369—374.

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ — .
⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — . — ⏑ — ⏑ — . —

Str. III v. 380—384 = Ant. III v. 390—394.

— ⏑́⏑ — ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ —
— ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ — — ⏑ —
⏑ ⊥ — ⏑ — — ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

[1]) Ut removeretur anapaestus, cujus alia exempla certa non extant, in prioris dochmii fine, Heimsoeth conjecit ἴδε μ' ἱκνεομέναν et σὺ δὲ παρ' ἐπιγόνου.

Choricum paeonico-dochmiacum.

Str. I v. 406—410 = Ant. I v. 411—415.

⊥ ⏑ — — ⏑ — ⏑⏑ ⏑ —
⊥ ⏑ — — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ — — ⏑ —

Str. II v. 416—419 = Ant. II v. 420—423.

⊥ ⏑ — — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ — ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —

Stasimum primum.

Str. I v. 510—516 = Ant. I v. 517—523.

⏑ ⊥ ⏑ — · — ⏑ ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑ ⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — · —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — · —
⏑ ⊥ ⏑ — · — ⏑ ⏑ — ⏑ — · —
⊥ — — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — · —

Str. II v. 524—532 = Ant. II v. 533—541.

⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — . —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — —
⏓ ⊥ ⏑ — . — ⏑ — ⏑̄ — . —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ ⏓
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
⊥ ⏑̄ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — . — ⏑ ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — . — ⏑ ⏑ — . — ⏑ ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. III v. 542—549 = Ant. III v. 550—557.

⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑̄ — ⏑ ⏑ — . —
⊥ — — ⏑ ⏑ — . —
— ⊥ ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — . ⊥ ⏑ — ⏑ — . —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. IV v. 558—565 = Ant. IV v. 566—573.

⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — . —
⊥ — — ⏑ ⏑ — . —
— ⊥ ⏑ — — — ⏑ — .
⊥ ⏓ — ⏑ ⏑ — . —
⊥ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏓ — ⏑ ⏑ — . —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. V v. 574—578 = Ant. V v. 579—583.

◡ ⊥ . — . — ◡ — ◡ — . —
◡ ⊥ . — . — ◡ — ◡ — . —
— ◡́◡ ◡ — ◡ — ◡ — ◡ — ◡ —
◡ ⊥ ◡ — ◡ — ◡ —
— ⊥ ◡ — . — ◡ — ◡ — . —

Stasimum quartum.

Str. I v. 614—622 = Ant. I v. 623—631.

⊥ ◡ ◡ — ◡ — .
⊥ ◡ ◡ — ◡ — — ⊥ ◡ ◡ — ◡ — —

— ◡́◡ ◡◡ ◡ — — ◡◡ — ◡ —
— ◡́◡ — ◡ — ◡ — ◡◡ ◡ —
◡ ◡́◡ — ◡ — — ◡ ◡ — ◡ — —

⊥ ◡̄ — ◡ ◡ — . —
⊥ ◡̲ — ◡ ◡ — . ◡̄
⊥ — — ◡ ◡ — ◡ — .
⊥ ◡̲ — ◡ ◡ — . —

Str. II v. 632—641 = Ant. II v. 642—651.

⊥ ◡ ◡ — ◡ — .
⊥ ◡ ◡ — ◡ — . ⊥ ◡ ◡ — ◡ — —

⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — —

⊥ — — ⏑ ⏑ — . ⏑̄
⊥ — — ⏑ ⏑ — . —
⊥ ⏑̲ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑̲ — ⏑ ⏑ — . —

Str. III v. 652—659 = Ant. III v. 660—667.

⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . ⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ — . ⏑ ⏑⏑ ⏑⏑ ⏑ —
⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — . —

⊥ — — ⏑ ⏑ — . —
⊥ — — ⏑ ⏑ — . —
⊥ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
⊥ — — ⏑ ⏑ — . —

Str. IV v. 668—673 = Ant. IV v. 674—679.

⏑ ⊥ . — . — ⏑ — ⏑ — . —
⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ — ⏑ — . —
⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ — ⏑ — . —
⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ — ⏑ — . —

Diverbium iambico-dochmiacum.

Str. I v. 706—708 = Ant. I v. 713—715.

⏑ ⏑́⏑ — ⏑ —   — ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ —   ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ —   ⏑ — — ⏑ ⏑̄

Str. II v. 720—722 = Ant. II v. 727—729.

— ⏑́⏑ — ⏑ —   ⏑ ⏑⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ — ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ — ⏑ —   ⏑ ⏑⏑ — ⏑ — ⏒

Stasimum tertium.

Str. I v. 747—753 = Ant. I v. 754—760.

⏑ ⊥ · — · — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — · — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — · — ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — · — ⏑⏑ — ⏑ — · —

Str. II v. 761—765 = Ant. II v. 766—770.

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ — ⏑ —
— ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — . ⊥ ⏑ — — — ⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — . ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — . ⊥ ⏑ — ⏑ — ⏑ — —

Str. III v. 771—777 = Ant. III v. 778—784.

⏑ ⊥ ⏑ — — — ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — . ⏑⏑ ⏑ ⏓
⏑ ⏑́⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ ⏑ — ⏑ ⏑⏑ ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑ — — — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. IV v. 785—790 = Ant. IV v. 791—796.

⏑ ⏑ ⊥ ⏑ ⏑ —
⏑ ⊥ ⏑⏑ ⏑ —   ⏑ — — ⏑ ⏓
⊥ ⏑ — ⏑
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — —
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ —   — ⏑⏑ — ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — —

Diverbium lyricum.

Proodus v. 797—801.

⊥ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ —
— ⊥ — — — — — —
— ⊥ — ⏑⏑ — — ⏑ ⏑ — .
⏑́⏑ ⏑ — . — . —
— ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑̲

Str. I v. 802—811 = Ant. I v. 812—821.

⊥ ⏑ ⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑̲
⊥ ⏑̲ ⏑̲ — ⏑ ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ —
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — ⏑ — —

⏑ ⊥ — ⏑ — ⏑ — — ⏑ ⏑̲
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑̲

— ⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — . —
⏑ ⊥ — ⏑ — — ⏑ —

⏑ ⊥ ⏑ — . — ⏑ ⏑⏑ ⏑ — ⏑ ⏑̲
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑⏑ — ⏑⏑ — ⏑ —

Str. II v. 822—826 = Ant. II v. 830—834.

⏑ ⊥ ⏑ —
⊥ — — ⏑ ⏑ — ⏑ — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ ⏑ — . —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — — .
⊥ ⏑ ⏑ — ⏑ — . —

Str. III v. 838—846 = Ant. III v. 849—857.

— ⊥ ⏑ —
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ — —
⏑́⏑ ⏑ —
{ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ —
{ ⏑ ⏑́⏑ — ⏑ —
⏑́⏑ ⏑ —
— — — — — —
⏑ ⏑́⏑ ⏑⏑ ⏑ ⏑
— — — — —

Str. IV v. 860 = Ant. IV v. 863.

⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ —   ⏑ — — ⏑ —

Exodus.

Str. I v. 975—982 = Ant. I v. 983—990.

⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — — ⏑ — —

⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ ⏑ — ⏑ — —

Str. II v. 991—999 = Ant. II v. 1000—1008.

⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —
⏑ ⏑ ⊥ — ⏑ ⏑ — —

◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ ◡ — ◡ — —

Str. III v. 1009—1013 = Ant. III v. 1014—1018.

◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —
◡ ◡ ⊥ — ◡ ◡ — —

Str. IV v. 1019—1023 = Ant. IV v. 1024—1028.

⊥ ◡ — ◡ — ◡ — . ⊥ ◡ — ◡ — ◡ ⏓
⊥ ◡ ◡ — ◡ — . —
⊥ ◡ — ◡ — ◡ — .
⊥ ◡ — . — ◡ — ◡ — ◡ ⏓
⊥ ◡ — ◡ — ◡ —

Corrigenda.

Ad v. 59 l. 5 lege: εὔνιδος. — Ad v. 142 l. 2 lege: εἰ δή. — V. 257 post ὅμιλον virgula interpunge. — Ad v. 283 l. ultima dele: μάλιστα. — V. 341 dele: ἀντ. α'. — V. 346 lege: ἀντ. α'. — V. 353 dele: ἀντ. β'. — V. 358 lege: στρ. β'. v. 369 ἀντ. β'. — V. 380 lege: στρ. γ'. v. 390 ἀντ. γ'. — V. 660 verba Ζεὺς ἐπικραινέτω ad v. sq. referenda. — Ad v. 699 lege: μὴ τρεσαιτέ νιν M. (η supra) — Ad v. 830 l. 4 lege: περιχαμπτά. — V. 914 lege: ἔστιν.

Gissae, typis W. Keller.

AESCHYLI

QUAE SUPERSUNT

TRAGOEDIAE.

VOL. II. SECT. IV.

PERSAE.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.

GISSAE.
IMPENSAS FECIT J. RICKER.
MDCCCLXVII.

4

AESCHYLI

PERSAE.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.

GISSAE.
IMPENSAS FECIT J. RICKER.
MDCCCLXVII.

AESCHYLI

QUAE SUPERSUNT

TRAGOEDIAE.

VOL. II.

SEPTEM CONTRA THEBAS.

PROMETHEUS. SUPPLICES. PERSAE.

RECENSUIT, ADNOTATIONEM CRITICAM ET EXEGETICAM ADJECIT

HENRICUS WEIL,
IN FACULTATE LITTERARUM VESONTINA PROFESSOR.

GISSAE.
IMPENSAS FECIT J. RICKER.
MDCCCLXVII.

PRÆFATIO.

Persarum fabula tota in rebus recentis memoriae versatur; *Phineus* et *Glaucus*, quas una cum illa scenae commissas esse certo testimonio constat, ad mythica spectant. Quae tragoediae quum nullo argumenti vinculo teneri viderentur, Welcker ea qua pollet sagacitate novam conjecturam protulit ingeniosissimam [1]). In prima enim fabula Phineum vatem statuit non solum Argonautis iter per mare incognitum demonstrasse, sed etiam praedixisse bellum Trojanum ceteraque quae multis post saeculis Asiam inter et Europam certamina exortura essent. In ea autem fabula quae Persas sequebatur Glaucum, daemonem illum marinum per omnia litora vagantem, Anthedoniis narrasse quae ipse in Sicilia vidisset, bellum ab Hierone gestum et

[1]) Welcker, *Trilogie* p. 470 sqq. *Nachtrag*, p. 176 sqq. *Ueber die Perser des Aeschylus* in *Rhein. Museum* 1837, V p. 204 sqq. et in *Kleine Schriften* IV p. 145 sqq.

pugnam Himerensem, qua Carthaginienses a Syracusiis fusi sunt quo tempore Xerxis copiae ab Atheniensibus superabantur. Itaque trilogiae argumentum fuisse Graecorum de barbaris relatas victorias ab antiquissimis inde temporibus usque ad poëtae aevum.

Adstipularunt Welckero C. O. Müller [2]), Bernhardy [3]) aliique qui his litteris student non pauci, habetque profecto conjectura illa quo placere et suffragia sibi conciliare possit. Solebant enim tum Graeci recentes priscasque memorias bellorum quae cum Asiae populis gesserant ad veterem quandam simultatem, quasi ad fontem communem, referre. Hoc et Herodoti prooemium et artis opera quaedam testantur. Aeschylus autem is erat qui res locis temporibusque disjunctas mente complecti et inter se colligare amaret. Adde quod flumen Himeras memoratur in hoc Glauci fragmento [4]) :

Καλοῖσι λουτροῖς ἐκλελουμένος δέμας
εἰς ὑψίκρημνον Ἱμέραν ἀφικόμην.

Denique scriptores antiquos sibi testes advocavit Welcker, Aristophanem, cujus versum perobscurum, de quo infra dicam, conjectura sua illustrare conatus est; Aristotelem, quem Aeschyli trilogiam respicere con-

---

[2]) C. O. Müller, *Götting. Anzeigen*, 1827 p. 666 sqq. *Geschichte der griech. Literatur* II p. 84 sqq.

[3]) Bernhardy, *Grundriss der griech. Literatur*, II p. 769 sqq. ed. I.

[4]) Apud schol. Pind. Pyth. I, 152.

tendit in Poeticae c. XXIII, ubi res eodem tempore gestas posse non ad eandem actionem pertinere exemplo proelii Salaminii et Himerensis docetur.

Aliquando me permovebant et haec argumenta probabiliter explicata et summa magistri mihi dilectissimi in his rebus auctoritas; nunc fateor me in Hermanni [5]) eorumque qui Welckeri rationes impugnarunt castra transire.

Et primum quidem, quum duos Glaucos Aeschylus scripserit, Marinum et Potniensem, quaeritur utra fabula cum Persis acta sit. Libri plurimi in Potniensi consentiunt. Sed codex Mediceus, omnium optimus et antiquissimus, simpliciter Glaucum dicit, et ea est vocabulorum **Ποντίῳ** et **Ποτνιεῖ** similitudo ut facile a librariis permutari potuerint, immo loco alio permutata sint [6]). Suo igitur sibi jure Welcker sumpsit Marinum Glaucum tertiam hujus trilogiae fabulam fuisse, siquidem tragoedia erat Glaucus Marinus. At hoc non solum dubium est, sed a veri simili nimium quantum recedit. Nam Glauci vel figura ex homine monstroque marino mixta abhorret a tragoediae dignitate. Neque hoc ita elevari potest ut Aeschylum putemus in Glauci persona idem sibi permisisse quod in Ione fecit, quam quum in Supplicibus, v. 553, di-

---

[5]) V. Hermanni dissertationem de Aeschyli Glaucis, Lipsiae 1812 et in Opusculis II p. 59 sqq.

[6]) *Ξιφίρου λιμήν*, cujus mentionem ex Glauco Potniensi affert Hesychius, sine dubio recte ad Marinum retulit Hermann.

xisset *μιξόμβροτον βοτόν*, in Prometheo, ubi non de ea verba facienda, sed ipsa in scenam inducenda erat, cornubus fronti virgineae impositis figurae mutationem significavit. Glaucum vero in ipsa fabula cujus is erat persona primaria *ἀνθρωποειδὲς θηρίον* vocavit [7]), ejusque speciem singularem pluribus descripsit, quod apparet ex his fragmentis : [8])

Δαῦλος δ' ὑπήνη καὶ γενειάδος πυθμήν.

Κόγχοι μύες κὤστρεια.

Haec enim quo spectent docet Platonis locus, de Republ. X p. 611 C : *ὥσπερ οἱ τὸν θαλάττιον Γλαῦκον ὁρῶντες οὐκ ἂν ἔτι ῥαδίως αὐτοῦ ἴδοιεν τὴν ἀρχαίαν φύσιν, ὑπὸ τοῦ τά τε παλαιὰ τοῦ σώματος μέρη τὰ μὲν ἐκκεκλάσθαι, τὰ δὲ συντετρίφθαι καὶ πάντως λελωβῆσθαι ὑπὸ τῶν κυμάτων, ἄλλα δὲ προσπεφυκέναι, ὄστρεά τε καὶ φύκια καὶ πέτρας, ὥστε παντὶ μᾶλλον θηρίῳ ἐοικέναι ἢ οἷος ἦν φύσει.* Gravissimum autem accedit indicium, quod satyrorum lascivia in Glauco notatam fuisse constat [9]), idque jam Casaubo-

---

[7]) Phrynichus in Bekk. An. Gr. I p. 5, 21 : "*Ἀνθρωποειδὲς θηρίον ὕδατι συζῶν*" *ἐπὶ τοῦ Γλαύκου ἀναφανέντος ἐκ τῆς θαλάσσης Αἰσχύλος.*

[8]) Etym. M. p. 250, 4 et Eustath. p. 274, 24, coll. Pausan. X, 4, 7. — Athen. III, p. 87 A.

[9]) Schol. Theocr. IV, 62 : *Τοὺς σατύρους ἀκρατεῖς οἱ πλείονές φασιν, ὡς καὶ τοὺς Σειληνοὺς καὶ Πᾶνας, ὡς Αἰσχύλος μὲν ἐν Γλαύκῳ, Σοφοκλῆς δὲ ἐν Ἀνδρομέδᾳ.* Haec ad Glaucum Marinum

num [10]) moverat ut hanc fabulam satyricis adnumeraret. Recte. Nam satyri in tragoedia non facile commemorantur [11]), et locus agrestis, figura monstri marini, quae apte cum semifero choro componebatur, omnia denique ad drama satyricum conveniunt.

Haec si recte disputata sunt, sequitur ut altera earum quae cum Persis doctae sunt tragoediarum Potniensis Glaucus fuerit, cujus argumentum a Probo (ad Vergilii Georg. III, 267) enarrari ex eo quem ille excitat teste perspicitur. Narrat autem: 'Potnia urbs est Boeotiae, ubi Glaucus Sisyphi filius et Mero-

---

ideo referuntur, quod Potniensem tragoediam fuisse non ambigitur. Sophoclis Andromedam, non minus quam Aeschyli Glaucum Marinum, inter fabulas satyricas reponendam esse valde probabile est, neque erat cur Brunckio critici recentiores obloquerentur. Locus solitarius, monstri caedes, virginis pulchritudo lascivis (*ἀκρατέσι*) Bacchi comitibus exposita firmant argumentum ex satyrorum commemoratione petitum; atque ipse Welcker in eximia illa de dramate satyrico dissertatione Sophoclem docuit amatoria Satyrorum argumenta adamasse. Accedit quod Andromeda *κοίρειον* vocabatur, i. e. hostia qualis in festo *κουρεώτιδος* die curialibus in coenam dari apud Athenienses solebat (Hesych. v. *Κουρίον*). Nec dubito quin corium bis purpura tinctum in satyri dorso dicatur hoc fragmento: *ἰδοὺ δὲ φοίνιον μάσθλητα δίγονον*, de quo recte Etym. M. p. 272: *οὐ μόνον κατὰ τὴν βαφὴν ἦν τοιοῦτος, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκέχρωστο.*

[10]) Casaubonus, de satyr. poësi, II, 5.

[11]) Unicum, nisi fallor, hujus rei exemplum exstat in Euripidis Baccharum parodo, v. 130. Sed id est hujus tragoediae argumentum, ut nemini mirum videri debeat, si in ea Bacchi comitum, et quidem sine probro, mentio injicitur.

pes, ut Asclepiades in *Τραγῳδουμένων* libro primo ait, habuit equas, quas adsueverat humana carne alere, quo cupidius in hostem irruerent et perniciosius. Ipsum autem, cum alimenta defecissent, devoraverunt in ludis funebribus Peliae'. Haec egregie confirmantur fabulae reliquiis his [12]) :

Ἀγὼν γὰρ ἄνδρας οὐ μένει λελειμμένους.

Ἐφ' ἅρματος γὰρ ἅρμα καὶ νεκρῷ νεκρὸς,
ἵπποι δ' ἐφ' ἵπποις ἦσαν ἐμπεφυρμένοι.

Εἷλκον δ' ἄνω λυκηδὸν, ὥστε διπλόοι
λύκοι νεβρὸν φέρουσιν ἀμφὶ μασχάλαις.

Tale argumentum quum a fabula superstite longe disjunctum sit [13]), etiam ea quae inter hanc et primam trilogiae tragoediam, Phineum, statuitur rerum conjunctio infirmo fundamento niti intellegitur. Phinei quod unicum exstat fragmentum [14]), id haud obscure miseri de Harpyiarum importunitate querelas continet :

[12]) V. schol. Plat. Cratyl. p. 370 Bekker; schol. Eur. Phoen. 1194, coll. schol. Aristoph. Ran. 1400; schol. Ven. Hom. Il. XIII, 198. Tertium fragmentum simpliciter ex Aeschyli Glauco affertur. Reliqua fragmenta apponere nihil attinet.

[13]) Somnia eorum qui Potniensem Glaucum ad proelium Plataeense spectasse opinantur nec referre nec refellere in animo est.

[14]) V. Athen. X, 421 F.

Καὶ ψευδόδειπνα πολλὰ μαργώσης γνάθου
ἐρρυσίαζον στόματος ἐν πρώτῃ χαρᾷ.

De reliquis ex Persarum fabula conjecturam facere, temerarium videtur. Memorantur quidem vetera quaedam oracula, v. 724, quae etiam Hermannus ad Phineum retulit. At illis temporibus omnia quae gravia et memorabilia accidebant oraculis praedicta fuisse credebantur, neque opus erat ut ea quae loco illo Darii umbra significat alio loco fusius et accuratius explicarentur. Ejusdem generis sunt Eteocli in somniis visa futurorum auguria, Sept. 698 (710), quorum neque in ipsa illa fabula fit mentio, neque in praegressa tragoedia Oedipo fieri poterat.

Etiam minorem probabilitatem habet Welckeri conjectura ad Phineum trahentis quae in Aristophanis Ranis, v. 1028, de Persis dicit Bacchus,

Ἐχάρην γοῦν ἡνίκ' ἀπηγγέλθη περὶ Δαρείου
τεθνεῶτος,
ὁ χορὸς δ' εὐθὺς τὼ χεῖρ' ὡδὶ συγκρούσας
εἶπεν ἰαυοῖ.

Nam ut concedatur totam trilogiam, siquidem argumenti perpetuitate cohaerebat, Persarum nomine comprehendi potuisse, tamen non intellegitur cur in Phinei de Persarum cladibus vaticiniis locum insignem, immo ullum locum habuerit mors Darii, ut qui non in bello, sed domi in regia sua decesserit filiumque reliquerit

Graecis etiam infestiorem [15]). Sed verba illa, quae nemo commode exposuit [16]), corrupta esse nuper suspicati sunt viri docti. Et in libris fere omnibus quum legatur *ἡνίκ' ἤκουσα περὶ Δαρείου τεθνεῶτος*, Meineke edidit *ἡνίκ' ἰὰν ἔκλυον Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος;* Dindorf, gladio nodum praecidens, conjecturam protulit [17]) *ἡνίκα φάσμ' ἐφάνη Δαρείου τοῦ τεθνεῶτος.* Quorum uterque a librorum scriptura quasi a fundamento critico profectus est. At vulgata *ἡνίκ' ἀπηγγέλθη* non unius codicis recentis auctoritate nititur, sed scholio antiquo : *Ἐν τοῖς φερομένοις Αἰσχύλου Πέρσαις οὔτε Δαρείου θάνατος ἀπαγγέλλεται οὔτε χορὸς τὰς χέρας συγκρούσας λέγει ἰαυοῖ.* Hinc patet Didymum legisse ut vulgo editur, et librorum *ἡνίκ' ἤκουσα* esse interpretamentum illi lectioni adscriptum. Ad discutiendas

---

[15]) Adde quod grammatici graeci talia, si in Phineo legissent, ad illustrandum locum Aristophaneum adhibuissent. Sensit hoc Welcker, qui eo confugit (*Kleine Schriften* p. 171) ut Phineum itemque Glaucum Marinum Didymi tempore jam intercidisse statueret. At Didymus antiquiorum interpretum Alexandrinorum copiis utebatur; Alexandriae autem olim exstitisse has fabulas demonstrat fragmentorum quae ex Glauco afferuntur numerus satis magnus et Phinei duo quos Athenaeus laudat versus.

[16]) V. Hermann l. l. p. 97 et quos commemorat Welcker p. 169. Qui aliam Persarum recensionem ab Aristophane respici statuunt, non reputant in tali argumento Darii mortem nuntiari nullo pacto potuisse. Ne ea quidem, de quibus ad v. 885 dixi, fragmenta ad diversam fabulae recensionem referri licet, quae recensio, ut exstiterit, tamen ad grammaticorum aetatem non perduravit.

[17]) In Philologo, XIII p. 493 sq.

tantas tamque veteres rerum tenebras me nihil certi allaturum esse sentio; dicam tamen quae mihi in mentem venerunt, ne ἀσύμβολος discedam. Nescio an in scriptura Δαρείου lateat nomen unius principum eorum quos in pugna Salaminia obiisse narrat nuntius v. 294 sqq. Exempli causa proponam περὶ Δαδάκου τεθνεῶτος. De hoc enim ἀπαγγέλλεται:

Χὠ χιλίαρχος Δαδάκης πληγῇ δορὸς
πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο.

Comico ἰαυοῖ in tragoedia locum non esse animadvertit Dindorf. Potuit Bacchus Aristophaneus risus captandi causa sic immutare ejulationes ἄνι' ἄνια, ὀτοτοτοῖ, ὀτοτοτοῖ (v. 250 sqq.), quas quum chorus jaciat Persarum clade in universum nuntiata, ridicule comicus haec ad barbari cujusdam ducis mortem referre potuit. Omnino tenendum est rem a Baccho significari ad Graecorum victoriam pertinentem: nam ejus verba ἐχάρην γοῦν subjiciuntur Aeschyli dicto κοσμήσας ἔργον ἄριστον.

His adjiciam excursus loco nonnulla de Persicis apud Aeschylum nominibus, quae satius visum est hic colligere quam per adnotationes spargere.

Persarum nomina tribus potissimum vel quattuor locis in hac fabula leguntur. In parodi anapaestis, a quibus tragoedia exorditur, immensi exercitus imago proponitur in unum congestis et quasi coacervatis variis populorum ducumque nominibus, quae sono ipso peregrinum quoddam et barbarum referunt. Gloriosae huic enumerationi opponitur in fine fabulae chori

planctus tot principes desiderantis qui regem proficiscentem comitati erant, redeuntem non sequuntur. Tertius sive potius secundus locus est is quo nuntius refert qui ducum praecipui et quo quisque mortis genere perierint (294—320). Huic loco nonnulla inesse arbitror, quae poëta, miles Salaminius et pugnae testis, ipse viderit. Quarta addi potest Darii de Persarum regibus narratio (744—771).

Sed in tot nominibus congerendis quae fuerit poëtae cura si quaeris, editores recentiores de ejus fide non videntur dubitare; erant olim qui ei levitatem et fingendi temeritatem objicerent. Ab hac parte stant scholiastae qui versibus 35 sq. ad verba *Σουσισκάνης Πηγασταγὼν Αἰγυπτογενής* adscripserunt: *τὰ ὀνόματα πέπλακε καὶ οὐκ ἔστιν Αἰγυπτιακά*; itemque ad verba *πηγαῖς τε Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου Ἀρκτεὺς Ἀδεύης καὶ Φερεσσεύης τρίτος*, v. 303 sq., *ταῦτα οὐκ ἔχει τὸν Αἰγύπτιον χαρακτῆρα, ἀλλὰ ποιητικῶς διαπέπλασται.* Agnoscis grammaticos Alexandrinos, quibus Aegyptiaca nomina probe nota erant. Nec denegari potest errasse Aeschylum qui haec nomina, si non omnia, at certe priora illa, pro Aegyptiis habuerit. Sed inde non statim efficitur ea nomina a poëta conficta esse. Recte enim animadverterunt viri docti, teste Herodoto VII, 96 sq. in Persarum exercitu non suis quemque popularibus praefectum fuisse, sed regem summos copiarum duces ad arbitrium suum ex Persis potissimum Medisque delegisse. Accedit quod in multis Aeschylum historici fidem praestitisse etiamnunc demonstrari potest.

Occurrunt enim apud poëtam nostrum duces non pauci qui etiam ab Herodoto commemorantur. Artaphernem (Ἀρταφρένης, v. 22) Lydis et Mysis praefectum ille dicit VII, 64; Arsamen (Μέμφιδος ἄρχων μέγας Ἀρσάμης v. 37; cf. 300. 960) Darii filium, Aethiopum ducem VII, 69; Syennesis Cilicii (v. 318) mentionem injicit VII, 98; Pharnuchi (v. 930) VII, 88; Ariomardos (v. 39. 313. 931) duos novit, Caspiorum ducem, VII, 67, Moschis et Tibarenis praefectum, Darii filium, VII, 78; Aeschyli Masistes vel Masistras (v. 31. 934) est Herodoti Masistes, Darii filius, VII, 82, aut, quo magis inclinem, Masistius, equitum ille magister fortissimus ab Atheniensibus in pugna Plataeensi magna cum gloria caesus, a Persis lamentatione ingenti defletus (Herod. IX, 20—24). Aeschyli Megabates (v. 23. 947) Herodoto (VII, 97) est Megabyzus, Megabatae filius, classi praepositus, a Diodoro autem (XI, 12) Megabates appellatur; Pharandaces (v. 32. 923) non videtur differre a Persa Pharandate Colchorum magistro apud Herodotum VII, 79 et IX, 76; cum Astaspe (v. 22) conferunt Hystaspen, Darii filium, Bactriorum et Sacarum ducem apud Herodotum VII, 64; Sisames (Σεισάμης vel Σησάμης v. 314. 947) non multum distat a Sisamne, nisi quod Aeschylus eum Mysium, Herodotus (VII, 65) Persam Ariorum ducem dicit.

Sunt alia nomina quae Persica fuisse satis constat, Artembares (v. 30. 294. 935 coll. Herod. I, 114. IX, 122), Artames (v. 309 coll. Xen. Cyrop. II, 1, 5), Datamas (v. 924 coll. Xen. ib. VIII, 3, 17), Oibares (v. 948

coll. Herod. III, 85. VI, 33). Sunt alia quae analogia confirmantur, ut Hystaechmas (v. 935), cujus nominis membra in Hystaspe Hystaneque et Tritantaechma exstant. Adeuen (Ἀδεύης v. 304) Zendicae linguae gnari [18]) interpretantur *non obnoxium daemonibus*, coll. Hesych. *Δεύας* (i. e. *daêva*) *τοὺς κακοὺς δαίμονας μάγοι.*

Interdum Aeschylus veriorem quam scriptores plerique nominum formam tradidit. Smerdis, Persarum *Bardiya*, ei vocatur Mardis (v. 759). Urbem *Hagamatan*, hodie *Hamadan*, non Ecbatana appellat, sed bis Agbatana (v. 16. 527), et hoc quidem ex sui aevi consuetudine, semel (v. 926) Agabatana, quam formam e libri Medicei vestigiis metro suadente restitui. Artaphrenes (v. 22. 761) pro Artapherne dictus videtur scholiastae, litteris metri causa transpositis (*ὑπέρθεσις διὰ τὸ μέτρον*); sed illud etiam propius ad Persicum *Artaphrana* accedere animadvertit Bréal [19]). Darii nomen Persico *Darayavus* simile, *Δαριανής* vel *Δαριαιής*, latere videtur in vv. 653 et 658.

Nec tamen negaverim Aeschylum nomina, quae non scripta viderit, sed auribus acceperit, nonnunquam non satis recte reddidisse, alia metri causa immutasse [20]),

---

[18]) Pott apud Bréal, de Persicis nominibus apud scriptores graecos, Paris. 1863, p. 21.

[19]) Bréal l. l. p. 15.

[20]) Ἀρτεμβάρης et Σεισάμης necessario in anapaesticis penultimam producunt (v. 30. 935. 947), in iambicis corripiunt (v. 294.

alia vel invitum ad graecorum verborum normam accommodasse. Jam vero quum librarii in nominibus propriis saepe peccaverint, haec scripturae constituendae pars quam maximas dubitationes habet. Sed ne illud quidem prorsus rejecerim, Aeschylum nomina nonnulla, soni quandam similitudinem secutum, ipsum confinxisse. Curam enim non maximam eum his rebus adhibuisse eo argui videtur quod ne sibi quidem ipsi ubique constat, quippe qui Ariomardum Thebis Aegyptiis praepositum dicat v. 39, Sardibus carum v. 313; Arcteum Lydorum ducem v. 45, Aegyptium v. 304. Nec me fugit haec non necessario inter se repugnare; sed vereor ne molestam poëtae diligentiam tribuamus, si eum, quae erat Hermanni opinio, patriam utriusque ducis ab ejusdem imperio accurate distinxisse putemus. Nam fidei quae supra commemoravi indicia non eam vim habent ut nihil in hoc genere poëtam sibi indulsisse pro certo habeamus. Est hoc vetus poëtarum artificium ut vera falsis miscendo inventis suis probabilem quandam speciem induant.

---

314). Ἀριόμαρδος brevem habet primam syllabam in trimetro (313), longam in carmine anapaestico lyricoque (39. 931). Nescio an idem cadat in Ἀμίστρης, v. 22, et Ἄμηστρις, v. 312, qui tamen diversi esse possunt.

ΑΙΣΧΥΛΟΥ

Π Ε Ρ Σ Α Ι.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΡΑΜΑΤΟΣ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΧΟΡΟΣ ΓΕΡΟΝΤΩΝ.
ΑΤΟΣΣΑ.
ΑΓΓΕΛΟΣ.
ΕΙΔΩΛΟΝ ΔΑΡΕΙΟΥ.
ΞΕΡΞΗΣ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Γλαῦκος [1]) ἐν τοῖς περὶ Αἰσχύλου μύθων ἐκ τῶν Φοινισσῶν φησι Φρυνίχου τοὺς Πέρσας παραπεποιῆσθαι. ἐκτίθησι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ταύτην,

Τάδ' ἐστὶ Περσῶν τῶν πάλαι βεβηκότων.

πλὴν ἐκεῖ εὐνοῦχός ἐστιν ἀγγέλλων ἐν ἀρχῇ τὴν τοῦ Ξέρξου ἧτταν [2]), στορνύς τε θρόνους τινὰς τοῖς τῆς ἀρχῆς παρέδροις· ἐνταῦθα δὲ προλογίζει χορὸς πρεσβυτῶν. [3]) καὶ ἔστιν ἡ μὲν σκηνὴ τοῦ δράματος παρὰ

---

[1]) Glaucum Rheginum dicit, qui scripserat librum *περὶ ἀρχαίων ποιητῶν τε καὶ μουσικῶν*. Cf. C. Mueller, Hist. Graec. frg. II, 23.

[2]) Igitur Phrynichi fabula argumentum habebat etiam simplicius quam Aeschylea. Sed detinebat carminum dulcedine illius temporis homines, qui vel senes recordabantur *μέλη ἀρχαιομελισιδωνοφρυνιχήρατα*, ut ait Aristophanes *Vesp.* 220, alludens ad Phoenissarum parodum : *Σιδώνιον ἄστυ λιποῦσα καὶ δροσερὰν Ἄραδον*. Cf. schol. Aristoph. et Hesych. v. *Γλυκερῷ Σιδωνίῳ*.

[3]) Jure Blomfield seclusit, ut alieno loco illatum, excerptum grammatici, quod libri hic inserunt : *τῶν δὲ χορῶν τὰ μέν ἐστι παροδικά, ὅτε λέγει δι' ἣν αἰτίαν πάρεστιν, ὡς τὸ·* „**Τύριον οἶδμα λιποῦσα**" (Eurip. Phoen. 202) · *τὰ δὲ στάσιμα, ὅτε ἵσταται καὶ ἄρχεται τῆς συμφορᾶς τοῦ δράματος· τὰ δὲ κομματικά, ὅτε λοιπὸν ἐν θρήνῳ γίγνεται.*

τῷ τάφῳ Δαρείου [4]· ἡ δὲ ὑπόθεσις, Ξέρξης στρατευσάμενος κατὰ τῆς Ἑλλάδος μετὰ δυνάμεως πολλῆς [5]), καὶ πεζῇ μὲν ἐν Πλαταιαῖς νικηθεὶς [6]), ναυτικῇ δὲ ἐν Σαλαμῖνι, διὰ Θεσσαλίας φεύγων διεπεραιώθη [7]) εἰς τὴν Ἀσίαν.

Ἐπὶ Μένωνος [8]) τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ [9]), Προμηθεῖ. [10])

---

4) Immo ante regiam. Cf. quae adnotavimus ad v. 134 sq., quos scholiastes non recte exposuisse videtur. Attamen etiam Darii sepulcrum in scena conspiciebatur.

5) Libri recentiores addunt verba haec, quae non exstant in M.: ἵππον μὲν ἄμετρον ἐπαγόμενος, ναῦς δὲ χιλίας διακοσίας ἑπτὰ ἢ καὶ δεκατέσσαρας. Haec illustrantur scholio ad verba ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ', v. 335, adscripto: σζ' αἱ ἄρισται· ἢ σιδ', ἵνα ᾖ τὸ δὶς ἐκ κοινοῦ.

6) Quum Darii umbra cladem Plataeensem praedicat, etiam hanc tragoedia nostra comprehendi recte dicunt hujus argumenti auctor et Herodicus apud schol. Aristoph. Ran. 1028.

7) Vocem διεπεραιώθη delendam puto. Liber Parisinus 2785 ante διὰ adjicit καί.

8) Olymp. LXXVI anno quarto, a. Chr. 472, qui est annus nonus post pugnam Salaminiam (480), quintus post Phrynichi Phoenissas: nam ad hanc fabulam cum magna probabilitatis specie refertur didascalia a Plutarcho in Vita Themistoclis c. V servata: Θεμιστοκλῆς Φρεάριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. — Persas Hieronis jussu iterum ab Aeschylo in Sicilia doctas esse narratur in Vita Aeschyli, ad finem, et ab Eratosthene apud schol. Aristoph. l. l.

9) Γλαύκῳ Ποτνιεῖ libri recentiores, recte, ut videtur. V. Praefationem.

10) Intelligendus Προμηθεὺς σατυρικός sive πυρκαεύς, quo nomine hanc fabulam Pollux X, 64 appellat. Qua ratione argumentum tractatum fuerit, significat locus Plutarchi, de inim. util.

Πρώτη ἔφοδος Περσῶν ἐπὶ Δαρείου ἐδυστύχησε περὶ Μαραθῶνα· δευτέρα Ξέρξου περὶ Σαλαμῖνα καὶ Πλαταιάς.

II, p. 86 F : *Τοῦ δὲ σατύρου τὸ πῦρ, ὡς πρῶτον ὤφθη, βουλομένου φιλῆσαι καὶ περιλαβεῖν, ὁ Προμηθεύς·*

Τράγος γένειον ἆρα πενθήσεις σύ γε·

καίει τὸν ἀψάμενον, ἀλλὰ φῶς παρέχει καὶ θερμότητα καὶ τέχνης ἁπάσης ὄργανόν ἐστι τοῖς χρῆσθαι μαθοῦσιν.

ΧΟΡΟΣ.

Τάδε μὲν Περσῶν τῶν οἰχομένων
Ἑλλάδ' ἐς αἶαν πιστὰ καλεῖται,
καὶ τῶν ἀφνεῶν καὶ πολυχρύσων
ἑδράνων φύλακες,
κατὰ πρεσβείαν οὓς αὐτὸς ἄναξ
Ξέρξης βασιλεὺς Δαρειογενὴς
εἵλετο χώρας ἐφορεύειν.
ἀμφὶ δὲ νόστῳ τῷ βασιλείῳ

---

1 *πίστα* M., qui non est librarii error, sed ineptum grammatici cujusdam commentum, veram veterum commentatorum interpretationem rejicientis. Haec enim leguntur in scholiis Mediceis : *οἱ ὑπομνηματισάμενοί φασιν ὅτι ἑαυτοὺς λέγουσιν πιστώματα* (cf. v. 165) *Περσῶν οἱ κατὰ τὸν χορόν. ἀγνοοῦσι δὲ ὅτι πόλις ἐστὶ Περσικὴ Πίστειρα· ἣν συγκόψας Πιστὰ* (immo *Πίστα*) *ἔφη.* Principes Persarum regis consiliarios vocatos esse *τοὺς πιστούς* docet Xenoph. Anab. I, 5, 15. Ceterum cf. primum versum Phoenissarum Phrynichi, in argumento graeco allatum, cujus similitudinem non vitavit Aeschylus.

3 *καὶ πολυχρύσων* delet Hartung.

5 *κατὰ πρεσβείαν· κατὰ τιμὴν αἱρεθέντες* sch. M.

6 *δαρειογενὴσ δαρείου υἱὸσ* M. aliique.

καὶ πολυχρύσου στρατιᾶς ἤδη
κακόμαντις ἄγαν ὀρσολοπεῖται
θυμὸς ἔσωθεν.
πᾶσα γὰρ ἰσχὺς Ἀσιατογενὴς
ᾤχωκ'· ἐνεὸν δ' ἄνδρα βαΰζειν·
κοὔτε τις ἄγγελος οὔτε τις ἱππεὺς
ἄστυ τὸ Περσῶν ἀφικνεῖται·
οἵτε τὸ Σούσων ἠδ' Ἀγβατάνων
καὶ τὸ παλαιὸν Κίσσιον ἕρκος
προλιπόντες ἔβαν,
οἱ μὲν ἐφ' ἵππων, οἱ δ' ἐπὶ ναῶν,

---

9 *πολυχρύσου στρατιᾶς* M. Nescio an scribendum sit *πολυχειρός*, coll. v. 82. Epitheton *πολύχρυσος* e v. 3 fluxisse videtur.

10 Hesychius: *ὀρσολοπεῖται· διαπολεμεῖται, ταράσσεται. Αἰσχύλος.* Eadem, addito *θορυβεῖται*, schol. M.

13 *οἴχωκε,ν εον* (unde *ᾤχωκε, νέον* vulgo) *δ' ἄνδρα βαΰζει* M. *ᾤχωκε νέων*, verbis *δὲ βαΰζει* versui 11 additis, Hermann. Egregie *κενεὸν δ' ἄνδρα βαΰζειν* Heimsoeth *Wiederherstellung* p. 57, quam emendationem perfecit Meineke (Philol. XIX, p. 234), collato Hippocrate, apud quem saepe *ἐνεόν*, Galeno interprete, *μάταιον, ἀνωφελές, ἄχρηστον* valet.

14 Pedestrem et equestrem (*ἄγγαρον* Herodot. VIII, 98. Aesch. Agam. 261) nuntium dicere videtur.

16. 17 Libri *ἐκβατάνων*. Sed v. 527 *ἀγβατάνων* (teste Dübnero apud Dindorfium), v. 926 *ἀγβάτανα* M. Hanc formam antiquiorem et veriorem merito restituit Brunck. Deinde librorum *κίσσινον* correxit Blomfield, coll. v. 117 et Choëph. 421. Ceterum Susa Cissiorum urbem dicit Herodotus V, 49, 52. VI, 119, atque etiam Straboni XIV, p. 728 Cissii et Susii eidem sunt.

19 Fortasse *τοὶ μὲν ... τοὶ δ'*, ex Blomfieldii conjectura, ut ultima vocis *ἔβαν* positione producatur. *νηῶν* M.

πεζοί τε βάδην
πολέμου στῖφος παρέχοντες·
οἷος Ἀμίστρης ἠδ' Ἀρταφρένης
καὶ Μεγαβάτης ἠδ' Ἀστάσπης,
ταγοὶ Περσῶν,
βασιλῆς βασιλέως ὕποχοι μεγάλου,
σοῦνται, στρατιᾶς πολλῆς ἔφοροι,
τοξοδάμαντές τ' ἠδ' ἱπποβάται,
φοβεροὶ μὲν ἰδεῖν, δεινοὶ δὲ μάχην
ψυχῆς εὐτλήμονι δόξῃ·
Ἀρτεμβάρης θ' ἱππιοχάρμης
καὶ Μασίστης, ὅ τε τοξοδάμας
ἐσθλὸς Ἰμαῖος, Φαρανδάκης θ',
ἵππων τ' ἐλατὴρ Σοσθάνης.

---

20. 21 *Pedites* dicuntur *agmine terrigrado* (sit venia verbo) *belli molem roburque praebere.*

22. 23 *Ἀρταφρένης* est Artaphernes ille qui ad Marathonem victus erat (cf. Herodot. VII, 74), quem ut bene notum inter primos nominat Aeschylus. Vide quae de hoc ceterisque Persarum nominibus in Praefatione diximus. Deinde *μεταβάτησ* M.

29 *εὐτλήμονι*, i. e. *εὐτόλμῳ*, e libris nonnullis Brunck. *ἐν τλήμονι* M. et plurimi. *γνώμῃ ἢ φιλοτιμίᾳ (ἢ) ἐν ἄλλοις ἐνυποστάτῳ* (quae verba, ab editoribus non intellecta, exponas *ἐν ἄλλοις ἐνυπαρχούσῃ*) *δοκήσει καὶ πείσματι ψυχῆς* sch. M. Hae vocis *δόξῃ* interpretationes quum probari nequeant, *θυμῷ* conjecit Hartung, *ἐν τλήμονι πείσῃ*, coll. Hom. Od. XX, 23, Heimsoeth *Kritische Studien* p. 199. Fortasse *πίστει* i. e. *θάρσει*. Simonides, epigr. 38 : *εὐτόλμῳ ψυχᾶς λήματι πειθόμενοι.*

31 Fortasse *τοξήρης*. Neque enim videtur idem vocabulum iterum usurpasse poëta qui variis formis *ἱπποβάτης, ἱππιοχάρμης, ἵππων ἐλατήρ* utitur.

ἄλλους δ᾽ ὁ μέγας καὶ πολυθρέμμων
Νεῖλος ἔπεμψεν· Σουσισκάνης,
Πηγασταγὼν Αἰγυπτογενὴς,
ὅ τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων
μέγας Ἀρσάμης, τάς τ᾽ ὠγυγίους
Θήβας ἐφέπων Ἀριόμαρδος,
καὶ ἑλειοβάται ναῶν ἐρέται
δεινοὶ πλῆθός τ᾽ ἀνάριθμοι.
ἁβροδιαίτων δ᾽ ἕπεται Λυδῶν
ὄχλος, οἵτ᾽ ἐπίπαν ἠπειρογενὲς
κατέχουσιν ἔθνος, τοὺς Μιτρογάθης
Ἀρκτεύς τ᾽ ἀγαθὸς, βασιλῆς δίοποι,

---

35. 36 *τινὲς διαιροῦσι Σουσισκάνης* (immo *Σοῦσις καὶ Κάνης*) *καὶ Πηγὰς καὶ Ταγών* schol. M. Deinde possis *Αἰγυπτογενεῖς*.

40 Post superiorem et mediam Aegyptum pergit ad terras inferiores, Nili Delta, quarum incolas *ἑλείους* dicit Thuc. I, 110, prope accedens ad Aeschyleum *ἑλειοβάται*.

42—45 Verbis *οἵτ᾽ ἐπίπαν ἠπειρογενὲς κατέχουσιν ἔθνος*, siquidem genuina sunt, vix aliud significari posse videtur quam veterem Lydorum dominationem etiamtunc non penitus abolitam fuisse. Hermanni interpretatio : 'qui omnes continentis incolas comprehendunt', nec poëtica est, et a dicendi usu abhorret: nam aliud est *κατέχειν τόπον*, aliud *κατέχειν ἔθνος*. Ut efficeretur haec sententia, quam etiam reddit scholion M. *οἱ διόλου τὴν ἤπειρον οἰκοῦντες*, opus esset, siquid video, Pauwii conjectura *ἠπειροτενὲς . . . ἕδος*. Etiam minus puto, quae Blomfieldii et Hermanni erat opinio, Aeschylum Ionas, aperte quidem commemorare noluisse, sed Lydorum nomine comprehendere. Quis enim, quum audiret verba *ἠπειρογενὲς ἔθνος*, de populo insulas marisque littora incolente cogitaret? Placet Schuetzii emendatio *οἵ τ᾽ ἐπίπαν . . . ἔθνος Μητραγαθής* (sic libri nonnulli, *μητρογαθής*

καὶ πολύχρυσοι Σάρδεις ἐπόχους
πολλοῖς ἅρμασιν ἐξορμῶσιν,
δίρρυμά τε καὶ τρίρρυμα τέλη,
  φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι.
στεῦται δ' ἱεροῦ Τμώλου πελάται
ζυγὸν ἀμφιβαλεῖν δούλιον Ἑλλάδι,
Μάρδων, Θάρυβις, λόγχης ἄκμονες,
καὶ ἀκοντισταὶ Μυσοί· Βαβυλὼν δ'

M., alii μιτρογαθήσ, μιθρογαθήσ). — Δίοποι, quam vocem Eustath. p. 98, 46 et 203, 11 ex Aeschylo affert, sch. M. interpretatur διόπται καὶ διέποντες (hoc verius), ἡγεμόνες.

46—49 Deleto τοὺς v. 44, hic scripserim τοὺς πολύχρυσοι. Ceterum omnem Xerxis exercitum Sardibus profectum narrat Herodotus VII, 37 sqq. (ὁ στρατὸς ἐκ τῶν Σαρδίων ὡρμᾶτο), cujus rei rumor non satis accuratus ad poëtam nostrum pervenisse videtur. — Ad δίρρυμά τε καὶ τρίρρυμα τέλη sch. M. adscripsit τέθριππα καὶ ἑξάϊππα τάγματα.

50. 51 στεῦνται, ν littera puncto notata, M. στεῦνται vulgo. Singularem receperunt Dind. et Herm. propter sch. M. 'Κλῦθ' Ἀλαλὰ, Πολέμου θύγατερ, ᾇ θύεται ἄνδρες' (Πίνδαρος) ἐν διθυράμβῳ. οὕτως στεῦται ἑνικὸν ἀντὶ τοῦ πληθυντικοῦ. Tmoli accolae hic dicuntur Mysi eorumque duces, quamquam etiam Lydi sic vocari poterant (περιοικοῦσι δὲ Λυδοὶ καὶ Μυσοί, Strabo XII, p. 625). Deinde δούλειον libri.

52 Μάρδων si Persicum nomen est, conferri potest Μαρδόνιος et Μαρδόντης; sin Mysium Phrygiumve, nescio an scribendum sit Μάνδρων. λόγχης ἄκμονες sunt ἀκαμαντόλογχαι, ut Pindarus Isthm. 6, 10 dixit, qui etiam vocibus ἀκαμαντομάχαι et ἀκαμαντοχάρμαν usus est. Minus recte schol. M. ἀκίνητοι ὑπὸ λόγχης, ὡς ἄκμων ὑπὸ σφυρῶν. Mysos jaculis praeustis usos esse narrat Herodotus VII, 74. Haec dicit Aeschylus, non hostium arma quibus Mysi resistebant.

ἣ πολύχρυσος πάμμικτον ὄχλον
πέμπει σύρδην, ναῶν τ' ἐπόχους
καὶ τοξουλκῷ λήματι πιστούς·
τὸ μαχαιροφόρον τ' ἔθνος ἐκ πάσης
Ἀσίας ἕπεται
  δειναῖς βασιλέως ὑπὸ πομπαῖς.
τοιόνδ' ἄνθος Περσίδος αἴας
οἴχεται ἀνδρῶν,
οὓς πέρι πᾶσα χθὼν Ἀσιᾶτις
θρέψασα πόθῳ στένεται μαλερῷ
τοκέες τ' ἄλοχοί θ' ἡμερολεγδὸν
  τείνοντα χρόνον τρομέονται.

στρ. α'. Πεπέρακεν μὲν ὁ περσέπτολις ἤδη
βασίλειος στρατὸς εἰς ἀν-
τίπορον γείτονα χώραν,

---

54. 55 Fortasse ἡ πολύχωρος. Nam πολύχρυσοι Σάρδεις legebantur v. 46. Deinde σύρδην 'longo tractu' interpretatur Herm.

56 καὶ omittit G., quem librum sequitur Dind. At cf. v. 27.

57 Persas, Medos multosque alios populos ἐγχειριδίοις armatos videas apud Herodotum VII, 61 sqq.

59 Libri ὑποπομπαῖς. Voces divisit Abresch.

65 Non ausim affirmare qui fuerint numeri hujus carminis anapaestici, in quo nomina propria omitti aut addi poterant a librariis. Etiam in episodii primi parte majore numerorum ratio me fugit. Sed eadem satis perspicua videbatur vv. 294—320 et 350—456, necnon episodio secundo et tertio.

66—68 πεπέρακε libri. χώρα$\overset{\nu}{\text{ς}}$ M.

λινοδέσμῳ σχεδίᾳ πορθμὸν ἀμείψας
Ἀθαμαντίδος Ἕλλας,
πολύγομφον ὅδισμα
ζυγὸν ἀμφιβαλὼν αὐχένι πόντου.

Πολυάνδρου δ' Ἀσίας θούριος ἄρχων ἀντ. α΄.
ἐπὶ πᾶσαν χθόνα ποιμα-
νόριον θεῖον ἐλαύνει
διχόθεν, πεζονόμοις ἔκ τε θαλάσσας
ἐχυροῖσι πεποιθὼς
στυφελοῖς ἐφέταις, χρυ-
σογόνου γενεᾶς ἰσόθεος φώς.

---

69 Herodotus VII, 34 : *Ἐγεφύρουν οἷσι προσεκέετο, τὴν μὲν λευκολίνου Φοίνικες, τὴν δὲ ἑτέρην τὴν βυβλίνην Αἰγύπτιοι.* Idem c. 36 pontem navibus junctum vocat *σχεδίην.*

71 Variam lectionem *ἔρεισμα* afferunt scholia. Ceterum cf. *νηῶν πολυγόμφων* apud Hesiodum, *Op.* 658.

73 *θοῦρος* Martis est apud Homerum epitheton.

74. 75 Eustathius p. 212, 42 : *Τὸ δὲ ποιμὴν λαῶν, ταὐτὸν ὂν τῷ (ἡγεμόνι?) ἀνδρῶν, ποιμάνωρ συνθέτως Αἰσχύλος εἴρηκε* (v. 235) *καὶ τὸ τοιοῦτον ποιμνίον ποιμανόριον.* Epitheton *θεῖον*, i. e. supra humanum modum evectum, illustratur hominis Hellespontii apud Herodotum VII, 56 dicto, qui Jovem ipsum sumpta Xerxis figura totum genus humanum in Graeciam ducere putabat. Adde, quod idem narrat VII, 115, Thraces viam, per quam Persarum exercitus iter fecerat, integram servasse et religiose coluisse.

76 Cf. Thucyd. II, 44 : *Διχόθεν, ἔκ τε τοῦ μὴ ἐρημοῦσθαι καὶ ἀσφαλείᾳ,* itidem, quod illo aevo elegans habebatur, membrorum juxta positorum forma variata.

78. 79 *Στυφελοῖς* non simpliciter est *asperis* (*σκληροῖς* schol.), sed prope accedere mihi videtur ad significationem participii

στρ. β'. Κυανοῦν δ' ὄμμασι λεύσσων
φονίου δέργμα δράκοντος,
πολύχειρ καὶ πολυναύτας,
Σύριόν θ' ἅρμα διώκων,
ἐπάγει δουρικλύτοις ἀν-
δράσι τοξόδαμνον Ἄρη.

ἀντ. β'. Δόκιμος δ' οὔτις ὑποστὰς
μεγάλῳ ῥεύματι φωτῶν
ἐχυροῖς ἕρκεσιν εἴργειν
ἄμαχον κῦμα θαλάσσας·

στυφελίζουσιν. Ἐφέταις duces denotat qui in proelia milites mittunt, ἐφιᾶσι : cf. Eurip. *Heracl.* 393 : *Πεδία μὲν οὖν γῆς ἐς τάδ' οὐκ ἐφῆκέ πω στρατόν.* Utrumque ad gregem humanum verberibus actum egregie convenit. De Atheniensium ephetis cogitasse videtur Hesychius, apud quem legitur ἐφέτας· τοὺς ἡγεμόνας τῶν Περσῶν, καταχρηστικῶς. Deinde χρυσονόμου et ἰσόθεον φῶσ M. χρυσογόνου merito praefert schol. Nominum similitudinem secuti Medos a Medea, Persas a Perseo (Herodot. VII, 61) deduxerunt Graeci, atque egregie pluvia aurea, in quam Danaës amator se convertisse dicebatur, ad Persarum regis divitias congruebat.

80. 81 κυάνεον et λεύσων et φοινίου δέρμα M. κυανοῦν Blomfield, φονίου Turnebus.

82. 83 πολυναύτησ M. σύριον δ' schol. In oraculo ante pugnam Salaminiam Atheniensibus dato legitur ὀξὺς Ἄρης Συρογενὲς ἅρμα διώκων (Herod. VII, 140), quae a poëta respici viderunt Blomfield et Suevern.

86—89 Lyricae dictionis audacia ad communem modum redacta, hoc dicit : *Ingenti virorum torrenti resistere, id esset maris fluctus aggere continere, cui rei nemo par est.* Falluntur qui ῥεύματι φωτῶν, per appositionem ad ἐχυροῖς ἕρκεσιν relatum, de

ἀπρόσοιστος γὰρ ὁ Περσᾶν
στρατὸς ἀλκίφρων τε λαός. 92

Θεόθεν γὰρ κατὰ Μοῖρ' 102 στρ. γ'
ἐκράτησεν τὸ παλαι-
όν, ἐπέσκηψε δὲ Πέρσαις
πολέμους πυργοδαΐκτους 105
διέπειν ἱππιοχάρμας
τε κλόνους πόλεων τ' ἀναστάσεις.

Ἔμαθον δ' εὐρυπόροι- ἀντ. γ'.
ο θαλάσσας πολιαι-
νομένας πνεύματι λάβρῳ 110
ἐσορᾶν πόντιον ἄλσος,

Persarum adversariis accipiunt. Scholiastes confert Hom. Il. V, 87 sqq., ubi Tydens furere dicitur ποταμῷ πλήθοντι ἐοικὼς χειμάρρῳ ... τὸν δ' ... οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ...

90 περσῶν libri. περσᾶν Dindorf. Ἀνύποιστος Heimsoeth, *Kritische Studien* p. 72, quod sane aptius esset.

92—103, qui versus post 111 legebantur, huc retrahendos esse intellexerunt Rofsbach et Westphal, *Metrik* III, p. 314 sq., Heimsoeth *Wiederherstellung* p. 365.

97 πόλεων δ' M. τ' libri nonnulli.

99. 100 θαλάσσης πολιαινομένης M.

101 ἐσορᾶν, sine causa temptatum, est *siccis oculis videre*, ut ait Flaccus. Quod hic πόντιον ἄλσος, *Suppl.* 824 ἀλίρρυτον ἄλσος dixit noster. *Neptunia prata* Ciceronis in Arateis apte contulit Stanley. Plautus, *Mil.* 413, *in locis Neptuniis templisque turbulentis* nescio an ad poëtae graeci exemplum dixerit tragicum tumorem ridentis.

πίσυνοι λεπτοδόμοις πεί-
σμασι λεωπόροις τε μαχαναῖς. 113

στρ. δ'. Δολόμητιν δ' ἀπάταν θεοῦ 93
τίς ἀνὴρ θνατὸς ἀλύξει;
τίς ὁ κραιπνῷ ποδὶ πηδή- 95
ματος εὐπετοῦς ἀνᾴσσων;

ἀντ. δ'. Φιλόφρων γὰρ παρασαίνει
βροτὸν εἰς ἄρκυας Ἄτα,

---

102. 3 λεπτοτόνοις conj. Meineke, *Philol.* XIX, 234. λαοπόροις τε μηχαναῖς libri. λεωπόροις, per synizesin efferendum, Heimsoeth *Nachtrag* p. 139. Versus antecedentes, qui ab his divelli nequeunt, satis docent haec non ad pontem illum Hellespontium referenda esse, quae Hermanni erat opinio, sed maritimam navigationem dici, cui studebant populi Persarum imperio subditi, quos a Persis ipsis poëta non ubique distinguit (οὐχ ὡς αὐτῶν τῶν Περσῶν θαλαττίων ὄντων, ἀλλὰ τῶν ἐκείνοις ὑπηκόων παραλίων sch. M.). Ceterum πίσυνοι πείσμασι cum acumine dictum est.

104—11 hic reponendos esse sententiarum nexus evincit, antistrophicos fuisse intellexit Seidler. Epodo Aeschylus usus est in parte priore parodi Agamemnonis, quod est carmen bipartitum, ab hoc nostro, uno tenore decurrente, longe diversum.

107 Vitiosa scriptura ἀνάσσων, a viris doctis recte in ἀνᾴσσων mutata, genetivum πηδήματος εὐπετέος, quem scholia de Ἄτης saltu acceperunt, adduxisse videtur. Fortasse πηδήματα δυσπήδητ'. Valde displicent conjecturae πήδημα τόδ', πήδημ' ἅλις εὐπετῶς, θηρήματος εὐπηγοῦς.

108. 9 φιλόφρων γὰρ σαίνουσα τὸ πρῶτον παράγει βροτὸν εἰς ἀρκύστατα libri. Interpretamenta egregie removit Seidler. Antiquam scripturam Ἄτα allatis versibus Homericis *Il.* IX, 505 sq. a scholiasta significari vidit Hermann.

τόθεν οὐκ ἔστιν ὑπὲρ θνα–
τὸν ἀλύξαντα φυγεῖν.

Ταῦτά μου μελαγχίτων 114 *στρ. ε΄.*
φρὴν ἀμύσσεται φόβῳ,
ὀᾶ ὀᾶ, Περσικοῦ στενάγματος
τοῦδε μὴ πόλις πύθη–
ται, κένανδρον μέγ' ἄστυ Σουσίδος,

Καὶ τὸ Κισσίων πόλισμ' 120 *ἀντ. ε΄.*

---

110. 11 *ὑπὲκ* Herm. Dind. *ὑπερθέν νιν ἀλύσκάζειν φυγόντα* Heimsoeth. At *ἀλυσκάζειν* de conatu huc illuc se convertentium dicitur. Fortasse *ἀλυσκάζοντα φεύγειν.*

112. 13 *μου* M. *μοι* vulgo. Vocem *μελαγχίτων* recte schol. M. exponit *πενθήρης*. Deinde *ἀμύσεται* M.

114—16 *ὀᾶ περσικοῦ στρατεύματος* M. et vulgo. Varias loci corrupti interpretationes refutasse mihi videor in *Journal général de l'instruction publique* 1861, XV. In universum tenendum est vocem *ὀᾶ* (quam metri causa bis ponendam putavi) non ad praesentem rerum statum et suo ipsius nomine a choro jaci, sed futuras Susiorum et Cissiorum lamentationes inter se opponi, quod versu 119 satis declaratur. Jam vero demonstrativi *τοῦδε*, quod ad exercitum absentem referri nequit, vim reputanti, collato loco antithetico, in quo interjectiones indeclinabiles adjecto casu *τοῦτ' ἔπος* loci constructioni inseruntur, manifestum erit ejusmodi casu etiam hic opus esse. Nimirum *στρατεύματος* ab oscitante librario positum est pro *στενάγματος*, quo etiam ducit scholiastae adnotatio *ὀα· Περσικὸν θρήνημα*, ex Aeschylo ipso, ut solet, sapientis. Reliqua possunt quidem ita exponi ut *πύθηται* cognoscendi vim habeat et *μέγ' ἄστυ* per appositionem ad *πόλις* referatur; videtur tamen vocabulum *πόλις* ex interpretatione irrepsisse, quo sublato scribendum conjicio : *μέλος* vel *βοὰν τίθηται.*

ἀντίδουπον ᾄσεται,
ὀᾶ ὀᾶ, τοῦτ' ἔπος γυναικοπλη-
θὴς ὅμιλος ἀπύων,
βυσσίνοις δ' ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς.

στρ. ς'. Πᾶς γὰρ ἱππηλάτας καὶ πεδοστιβὴς λεὼς
σμῆνος ὡς ἐκλέλοιπεν μελισ-
σᾶν σὺν ὀρχάμῳ στρατοῦ,
τὸν ἀμφίζευκτον ἐξαμείψας
ἀμφοτέρας ἅλιον
πρῶνα κοινὸν αἴας.

---

118 *ἴσεται* M. *ἴσσεται* vulgo. *ᾄσεται* Burney Blomf. Dind. Indicativum futuri et aoristi conjunctivum in talibus promiscue poni et saepe conjungi notum est (cf. Aristoph. *Eccles.* 495). Male nonnulli parenthesin intulerunt, frustra alii conjecturis indulserunt.

119. 20 *ὀᾶ* semel M. Verbis *γυναικοπληθὴς ὅμιλος* per appositionem ad *τὸ Κισσίων πόλισμα* relatis egregie significatur, quod in stropha declarabat vox *κένανδρον*, totam jam civitatem e feminis constare.

123. 24 *μέλισσα* M. *Illum* (regem apes) *admirantur et omnes circumstant fremitu denso stipantque frequentes.* Verg. *Ge.* IV, 215.

125—27 *Τὸν ἀμφίζευκτον ἀμφοτέρας ἅλιον πρῶνα κοινὸν αἴας* recte videtur Hermannus vertere *junctum utriusque continentis socium* (ab effectu dictum) *litus* (in mare prominens). Nec tamen prorsus abjecerim scholiastae Med. interpretationem *τὸν Ἑλλήσποντον*: montis enim instar e longinquo intuenti mare surgere videtur. V. 859 *κατὰ πρῶν' ἅλιον* et *Agam.* 286 *Σαρωνικοῦ πορθμοῦ πρῶνα* illi interpretationi favent, hanc non respuunt. Pessime qui Xerxis pontem a poëta promontorium marinum vocari opinantur.

Λέκτρα δ' ἀνδρῶν πόθῳ πίμπλαται δακρύμασιν· ἀντ. ς'.
Περσίδες δ' ἀκροπενθεῖς ἑκά-
στα γόῳ φιλάνορι
τὸν αἰχμάεντα θοῦρον εὐνα-
τῆρα προπεμψαμένα
λείπεται μονόζυξ.

Ἀλλ' ἄγε, Πέρσαι, τόδ' ἐνεζόμενοι
στέγος ἀρχαῖον,
φροντίδα κεδνὴν καὶ βαθύβουλον
θώμεθα (χρεία δὲ προσήκει),
πῶς ἄρα πράσσει Ξέρξης βασιλεὺς
Δαρειογενής,
τὸ πατρωνύμιον τέλος ἡμέτερον·
πότερον τόξου ῥῦμα τὸ νικῶν,
ἢ δορυκράνου

---

130 Libri iterum *πόθῳ*. Scripsi *γόῳ*. Heimsoeth, *Kr. St.* p. 136, supra *ἀνδρῶν ἔρῳ* legendum conjecerat.

131 *αἰχμήεντα* et *εὐνατῆρ' ἀποπεμψαμένα* M. Emendate libri nonnulli.

134. 35 *τὸ δ' ἐνεζόμενοι στέοσ* M. Regiam dicunt, non sepulcrum Darii.

138 *ἆρα* M. Ceterum *φροντίδα θώμεθα πῶς πράσσει Ξέρξης* exponas *φροντίζωμεν ὅπως εἰσόμεθα πῶς πράσσει Ξέρξης*.

140 Libri *γένος ἡμέτερον*, quae Hermannus exponit: 'Genus a Perseo ductum, unde nos nomen habemus, ideoque nobis cognatum'. Sed, praecedente *Δαρειογενής*, ad hanc Xerxis appellationem spectare *πατρωνύμιον* patet. Itaque scripsi *τέλος*, *summam potestatem, dominum*, collato Sept. 1005 *τῷδε Καδμείων τέλει* et ib. 151. Linke, *Jahrb. f. Philol.* 1863 p. 687, *σθένος ἡμέτερον*, ejectis verbis *τὸ πατρωνύμιον*.

λόγχης ἰσχὺς κεκράτηκεν.
ἀλλ' ἥδε θεῶν ἴσον ὀφθαλμοῖς
φάος ὁρμᾶται μήτηρ βασιλέως,
βασίλεια δ' ἐμή, προσπίτνωμεν·
καὶ προσφθόγγοις δὲ χρεὼν αὐτὴν
πάντας μύθοισι προσαυδᾶν.

Ὦ βαθυζώνων ἄνασσα Περσίδων ὑπερτάτη,
μῆτερ ἡ Ξέρξου γεραιά, χαῖρε, Δαρείου γύναι·
θεοῦ μὲν εὐνήτειρα Περσῶν, θεοῦ δὲ καὶ μή-
τηρ ἔφυς,
εἴ τι μὴ δαίμων παλαιὸς νῦν μεθέστηκε στρατῷ.

ΑΤΟΣΣΑ.

ταῦτα δὴ λιποῦσ' ἱκάνω χρυσεοστόλμους δόμους
καὶ τὸ Δαρείου τε κἀμὸν κοινὸν εὐνατήριον.
κἀμὲ καρδίαν ἀμύσσει φροντίς· ἐς δ' ὑμᾶς ἐρῶ

---

144. 45 'Prodit regina splendido ornatu et curru vecta, ut ex v. 599 intelligitur' Hermann. *Verum ecce lumen, quale ex deorum oculis emicat, nobis exoritur* Schütz.

146 *προσπίτνω προσκυνῶ* M. Interpretamentum recte omittunt libri plurimi. *προπίτνω, προπίτνω* Hermann, quem fugit *προσπίτνειν* et *προσφθόγγοις* inter se respondere. Scripsi *προσπίτνωμεν* ex Porsoni conjectura : omnes enim reginam non solum alloqui, sed etiam adorare debent.

152 Chorus Atossam dicit dei matrem exstitisse, nisi fortunae vices Xerxem mortalem esse evincant. Graecum personatum loqui vides.

154 Variam lectionem *εὐναστήριον* receperunt Blomf. Herm.

155 Legebatur *καί με*. Recte Bothe *κἀμέ*. Schol. *A*. *καὶ ἐμὲ κατὰ τὴν καρδίαν ἔσωθεν κόπτει φροντίς*.

μῦθον, οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὐδ' ἀδείμαντος, φίλοι,
μὴ μέγας δαίμων κονίσας οὖδας ἀντρέψῃ ποδὶ
ὄλβον, ὃν Δαρεῖος ἦρεν οὐκ ἄνευ θεῶν τινός.
ταῦτά μοι διπλῆ μέριμν' ἄφραστός ἐστιν ἐν φρεσὶν,
μήτε χρημάτων ἀνάνδρων πλῆθος ἐν τιμῇ σέβειν
μήτ' ἀχρημάτοισι λάμπειν φῶς, ὅσον σθένος πάρα.

---

156 οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὐδ' ἀδείμαντος, nisi vim verbis afferas, exponi debet *neutiquam de me ipsa secura*, quae non satis apta esse facile senties. An interpunctione mutata scribendum μῦθον οὐδαμῶς ἐμαυτῆς, οὐδ' ἀδείμαντος? Sed tamen sic participio ὄντα vix careri potest. Itaque conjicio μῦθον οὐδαμῶς ἐμαυτῆς οὐδ' ἀδείμαντον, ut μὴ ἀντρέψῃ ab ἀμύσσει φροντίς pendeat, interpositis verbis ἐς δ' ὑμᾶς . . . φίλοι. Sic Soph. Aj. 481: Οὐδεὶς ἐρεῖ ποθ' ὡς ὑπόβλητον λόγον, Αἴας, ἔλεξας ἀλλὰ τῆς σαυτοῦ φρενός.

157 Vulgata μὴ μέγας πλοῦτος efficitur sententia absurda 'ne divitiae abscedentes pede proruant opes'. Nam πλοῦτον et ὄλβον fere idem esse docent v. 740 sq.; quae si maxime differrent, tamen non a divitiarum jactura, sed a bellica clade periculum Persarum imperio adest. Egregie Heimsoeth μὴ μέγας δαίμων, coll. v. 152. Librorum πλοῦτος ex interpretatione vocis ὄλβος irrepsisse videtur.

159 μέριμν' ἄφραστος et a numeris et a sententia claudicat. μέριμνα φραστός Hermann. θρακτὸς Meineke *Philol.* XX, 63. διπλῆς μερίμνης φραστὺς (correpta ultima) Hartung. An διπλᾶ μερίμνα φράστορ' ἐστόν?

160. 61 Duplex cura inde nascitur, nisi fallor, quod virorum et auri copiae, neutrae sine alteris valiturae, tam longo terrarum intervallo sejunctae sunt ut inter se auxilio esse nequeant. Orationis concinnitati prospicit Hartungi conjectura ἐν τιμῇ μέ-

ἔστι γὰρ πλοῦτός γ' ἀμεμφής, ἀμφὶ δ' ὀφθαλμῷ φόβος·
ὄμμα γὰρ δόμων νομίζω δεσπότου παρουσίαν.
πρὸς τάδ' ὡς οὕτως ἐχόντων τῶνδε, σύμβουλοι λόγου
τοῦδέ μοι γένεσθε, Πέρσαι, γηραλέα πιστώματα·
πάντα γὰρ τὰ κέδν' ἐν ὑμῖν ἐστί μοι βουλεύματα.

ΧΟΡΟΣ.

εὖ τόδ' ἴσθι, γῆς ἄνασσα τῆσδε, μή σε δὶς φράσαι
μήτ' ἔπος μήτ' ἔργον ὧν ἂν δύναμις ἡγεῖσθαι θέλῃ·

νειν. Sic etiam Heimsoeth, qui coll. Hesychii glossa ἀναλκής· ἄνανδρος, ἀσθενής, scribendum censet ἀναλκῶν, quod contraposito σθένος nonnihil firmatur.

162 Libri ὀφθαλμοῖς numero plurali, quem proprie et sine metaphora de oculis, non de eo quod carum est, dici recte monet Hermann. Sed inde efficitur ὀφθαλμῷ poëtam scripsisse, quod etiam intellexit Heimsoeth.

164. 65 Fortasse ἀλλὰ σύμβουλοι. Nam demonstrativum τῶνδε, post τάδε supervacuum, librariorum pravae sedulitati deberi puto. Blomfieldi conjectura Περσῶν nihil opus : Fidelium chorum κατ' ἐξοχήν vocari Πέρσας, vel fabulae titulus docet; cf. 249. 259. Deinde γηραλᾶ Dindorf.

168 δυνάμεισ M. Verte : *nec dictum, nec factum quod facultas nostra tibi praeire possit.* Xen. Memor. II, 3, 15 νομίζεται τὸν πρεσβύτερον ἡγεῖσθαι παντὸς καὶ ἔργου καὶ λόγου, quem locum attulit Meineke Philol. XIX, 235. Idem suspicatur ἡγεῖσθαι πέλῃ. At recte videntur et hic et alibi interpretes veteres verbum

εὐμενεῖς γὰρ ὄντας ἡμᾶς τῶνδε συμβούλους καλεῖς.

ΑΤΟΣΣΑ.

Πολλοῖς μὲν ἀεὶ νυκτέροις ὀνείρασιν
ξύνειμ', ἀφ' οὗπερ παῖς ἐμὸς στείλας στρατὸν
Ἰαόνων γῆν οἴχεται πέρσαι θέλων·
ἀλλ' οὔτι πώποθ' ὧδ' ἐναργὲς εἰδόμην
ὡς τῆς πάροιθεν εὐφρόνης· λέξω δέ σοι.
ἐδοξάτην μοι δύο γυναῖκ' εὐείμονε,
ἡ μὲν πέπλοισι Περσικοῖς ἠσκημένη,
ἡ δ' αὖτε Δωρικοῖσιν, εἰς ὄψιν μολεῖν,
μεγέθει τε τῶν νῦν ἐκπρεπεστάτα πολὺ
κάλλει τ' ἀμώμῳ, καὶ κασιγνήτα γένους
ταὐτοῦ· πάτραν δ' ἔναιον ἡ μὲν Ἑλλάδα
κλήρῳ λαχοῦσα γαῖαν, ἡ δὲ βάρβαρον.
τούτω στάσιν τιν', ὡς ἐγὼ 'δόκουν ὁρᾶν,

θέλειν exponere δύνασθαι. Cf. Hom. Il. XXI, 366. Od. III, 121, quibus cum locis Atticorum usus convenit.

173 Legebatur ἀλλ' οὔτι πω τοιόνδ' ἐναργές, soloece ut mihi quidem videtur. Scripsi πώποθ' ὧδ'.

175 μοι omittit M. Aperte Themistocles apud Herodotum VIII, 109 dicit quod hoc somnio significatur, θεοί τε καὶ ἥρωες, οἳ ἐφθόνησαν ἄνδρα ἕνα τῆς τε Ἀσίης καὶ Εὐρώπης βασιλεύειν. Tale inceptum quodammodo rerum naturae repugnare, ipsi post Xerxis cladem Persae intellexerunt, *ib.* I, 4 : τὴν γὰρ Ἀσίην καὶ τὰ ἐνοικέοντα ἔθνεα βάρβαρα οἰκειεῦνται οἱ Πέρσαι, τὴν δὲ Εὐρώπην καὶ τὸ Ἑλληνικὸν ἥγηνται κεχωρίσθαι.

179. 80 ἀμώμωι et τ' αὐτοῦ M. Illud recte videtur Hermann praetulisse vulgatae ἀμώμῳ.

τεύχειν ἐν ἀλλήλαισι· παῖς δ' ἐμὸς μαθὼν
κατεῖχε κἀπράϋνεν, ἅρμασιν δ' ὕπο
ζεύγνυσιν αὐτὼ καὶ λέπαδν' ἐπ' αὐχένων
τίθησι. χὴ μὲν τῇδ' ἐπυργοῦτο στολῇ
ἐν ἡνίαισί τ' εἶχεν εὔαρκτον στόμα,
ἡ δ' ἐσφάδαζε, καὶ χεροῖν ἔντη δίφρου
διασπαράσσει, καὶ ξυναρπάζει βίᾳ
ἀχάλινος ἅρμα, καὶ ζυγὸν θραύει μέσον.
πίπτει δ' ἐμὸς παῖς, καὶ πατὴρ παρίσταται
Δαρεῖος οἰκτείρων σφε· τὸν δ' ὅπως ὁρᾷ
Ξέρξης, πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι.
καὶ ταῦτα μὲν δὴ νυκτὸς εἰσιδεῖν λέγω.
ἐπεὶ δ' ἀνέστην καὶ χεροῖν καλλιρρόου
ἔψαυσα πηγῆς, σὺν θυηπόλῳ χερὶ
βωμὸν προσέστην, ἀποτρόποισι δαίμοσιν
θέλουσα θῦσαι πέλανον, ὧν τέλη τάδε.
ὁρῶ δὲ φεύγοντ' αἰετὸν πρὸς ἐσχάραν
Φοίβου· φόβῳ δ' ἄφθογγος ἐστάθην, φίλοι·

---

183 *Τεύχειν.* Structura neglegentior, cujus et alibi et praesertim apud Herodotum exempla inveniuntur. V. Schweighaeuser ad Herod. I, 58, 3. Hermann ad Vigerum p. 745. *ἐν ἀλλήλῃσι* M.

185 *ὑπαυχένων* M.

187—89 *ἐν ἡνίαισιν* M. Corr. Blomfield. Vulgo *ἐν ἡνίαισι δ'*. Mox libri *ἐν τῇ δίφρου.* Egregie *ἔντη* Scaliger, idque latere videtur in scholio M. *ἐν τῇ βίᾳ δίφρου χαλινὰ ῥήσσει.* Deinde *διασπαράττει* M.

190 Legebatur *ἄνευ χαλινῶν*, quod cum verbo *πείθεται* apte conjungeretur, ad *ξυναρπάζει* non convenit. Remota glossa scripsi *ἀχάλινος* et addidi, quo aegre carebatur, *ἅρμα.*

195 *καλιρόου* M.

μεθύστερον δὲ κίρκον εἰσορῶ δρόμῳ
πτεροῖς ἐφορμαίνοντα καὶ χηλαῖς κάρα
τίλλονθ᾽· ὁ δ᾽ οὐδὲν ἄλλο γ᾽ ἢ πτήξας δέμας
παρεῖχε. ταῦτ᾽ ἔμοιγε δείματ᾽ εἰσιδεῖν,
ὑμῖν δ᾽ ἀκούειν. εὖ γὰρ ἴστε, παῖς ἐμὸς
πράξας μὲν εὖ θαυμαστὸς ἂν γένοιτ᾽ ἀνήρ,
κακῶς δὲ πράξας — οὐχ ὑπόδικος ὢν πόλει,
σωθεὶς ὁμοίως τῆσδε κοιρανεῖ χθονός.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔ σε βουλόμεσθα, μῆτερ, οὔτ᾽ ἄγαν φοβεῖν λόγοις
οὔτε θαρσύνειν. θεοὺς δὲ προστροπαῖς ἱκνουμένη,

---

201. 2 Scribendumne πρόμῳ, i. e. οἰωνῶν βασιλεῖ? Heimsoeth κείνῳ τ᾽ ἐπακταίνοντα. Sane aquilae designatio hic necessaria videtur.

204 δειματέσίδεῖν M. Recte εἰσιδεῖν Hartung. In vulgata ἐστ᾽ ἰδεῖν praesens tempus offensioni est.

207. 8 Legebatur οὐχ ὑπεύθυνος πόλει, σωθεὶς δ᾽ ὁμοίως, quasi tres casuum eventus inter se opponerentur. Particulam δέ male insertam esse patet: solent enim Graeci participia aliud alii subjungere. Jam vero quum duae enuntiationes in unam coaluerint, vides ὑπεύθυνος ὢν vel potius ὑπόδικος ὢν requiri. Vox longior breviori substituta participium verbi substantivi expulit. Cf. Hesych. ὑπόδικος· ὑπεύθυνος. Ceterum quum post κακῶς δὲ πράξας tristissima quaeque exspectentur, ominis vitandi causa regina ne sic quidem, modo rege salvo, omnia desperanda esse dicit: quam orationis inconstantiam qui corrigendam putabant, poëtae laudibus detrahebant. Orientis reges rationibus reddendis non obstricti luculenter describuntur *Suppl.* 358 sqq.

210 θρασύνειν M.

εἴ τι φλαῦρον εἶδες, αἰτοῦ τῶνδ' ἀποτροπὴν τελεῖν,
κεδνὰ δ' ἐκτελῆ γενέσθαι σοί τε καὶ τέκνῳ σέθεν
καὶ πόλει φίλοις τε πᾶσι. δεύτερον δὲ χρὴ χοὰς
γῇ τε καὶ φθιτοῖς χέασθαι, πρευμενῶς αἰτουμένην
σὸν πόσιν Δαρεῖον, ὅνπερ φῂς ἰδεῖν κατ' εὐφρόνην,
ἐσθλά σοι πέμπειν τέκνῳ τε γῆς ἔνερθεν ἐς φάος,
τἄμπαλιν δὲ τῶνδε γαίας κάτοχα μαυροῦσθαι σκότῳ.
ταῦτα θυμόμαντις ὢν σοὶ πρευμενῶς παρήνεσα·
εὖ δὲ πανταχῇ τελοῖθ' ἃ τῶνδε κρίνομεν πέρι.

---

212 *ταδ' ἀγαθὰ δ'* M. *τὰ δ' ἀγάθ'* G et vulgo. *τἀγάθ'* Hermann. Melius *κεδνὰ δ'* Heimsoeth. Deinde legebatur *τέκνοις σέθεν*, ut v. 221 libri nonnulli *παισί*. Singularem *τέκνῳ*, quem habet cod. Vind., ex schol. *A. σοὶ καὶ τῷ Ξέρξῃ* restituendum monuit Heimsoeth. Solus enim Xerxes hic, ut v. 216 et ubique, respicitur.

214 Correxi librorum *πρευμενῶς* (*πρευμενῆ*) *δ' αἰτοῦ τάδε*. Nam interposito demonstrativo, quo sequentia comprehenduntur, *πρευμενῶς* cum *πέμπειν* jungi nequit.

217 Vulgo *κάτοχ' ἀμαυροῦσθαι*. Corr. Blomf. *τὰ δὲ κακὰ τὰ σχεθέντα* (legendum *κακὰ κατασχεθέντα*) *ὑπὸ τῆς γῆς ἀφανισθῆναι τῷ σκότῳ* sch. M.

218 *θυμόμαντις· οὐ φύσει μάντις, ἀλλ' ὑπὸ λογισμοῦ κρίνων καὶ ὑπὸ ἐνθυμήσεως* sch. M. Similia Hesychius et Photius. Deinde fortasse *προφρόνως* pro iterato *πρευμενῶς*.

219 Legebatur *τελεῖν σοι τῶνδε*, quae exponi possunt, intellegi nequeunt. Collato v. 222 scripsi *τελοῖθα*, quod proxime accedit ad *τελεῖσθαι*.

ΑΤΟΣΣΑ.

ἀλλὰ μὴν εὔνους γ' ὁ πρῶτος τῶνδ' ἐνυπνίων κριτὴς
παιδὶ καὶ δόμοις ἐμοῖσι τήνδ' ἐκύρωσας φάτιν.
ἐκτελοῖτο δὴ τὰ χρηστά· ταῦτα δ', ὡς ἐφίεσαι,
πάντα θήσομεν θεοῖσι τοῖς τ' ἔνερθε γῆς φίλοις,
εὖτ' ἂν εἰς οἴκους μόλωμεν. κεῖνο δ' ἐκμαθεῖν θέλω,
ὦ φίλοι, ποῦ τὰς Ἀθήνας φασὶν ἱδρῦσθαι χθονός.

ΧΟΡΟΣ.

τῆλε πρὸς δυσμαῖς, ἄνακτος γείτονας φθινασμάτων.

ΑΤΟΣΣΑ.

ἀλλὰ μὴν ἵμειρ' ἐμὸς παῖς τήνδε θηρᾶσαι πόλιν.

ΧΟΡΟΣ.

πᾶσα γὰρ γένοιτ' ἂν Ἑλλὰς βασιλέως ὑπήκοος.

221—23 τὴν δ' M. τήνδ' ἐκύρωσας φάτιν non est 'hanc interpretationem protulisti' sed 'hoc faciendum decrevisti'. Cf. 513. Jam vides ταῦτα, cui mox κεῖνο opponetur, bene se habere, neque in τἄλλα mutandum esse. ἐκτελοῖτο δὲ M.

226 Libri ἄνακτος Ἡλίου φθινασμάτων, quod Hermannus tueri non debebat. φθινάσμασιν Pauw Schütz Dindorf. At vitii sedes non est in genetivo, quem libri et scholia exhibent, sed in voce Ἡλίου, qua careri posse docet v. 494. Ejecta glossa supplevi γείτονας. Recte schol. B. τοῦ βασιλέως τῶν Περσῶν· τοῦτον γὰρ μάλιστα πάντων σέβονται. Attamen etiam Graecis Sol simpliciter θεός dicitur: cf. Eurip. Med. 352.

ΑΤΟΣΣΑ.

ὧδέ τις πάρεστιν αὐτοῖς ἀνδροπλήθεια στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

καὶ στρατὸς τοιοῦτος ἔρξας πολλὰ δὴ Μήδους κακά.

ΑΤΟΣΣΑ.

καὶ τί πρὸς τούτοισιν ἄλλο; πλοῦτος ἐξαρκὴς δόμοις;

ΧΟΡΟΣ.

ἀργύρου πηγή τις αὐτοῖς ἐστι, θησαυρὸς χθονός.

ΑΤΟΣΣΑ.

πότερα γὰρ τοξουλκὸς αἰχμὴ διὰ χερός σφιν ἐμπρέπει;

ΧΟΡΟΣ.

οὐδαμῶς· ἔγχη σταδαῖα καὶ φεράσπιδες σαγαί.

---

229. 30 Non copiarum numero, sed virorum fortitudine Athenienses apud Marathonem vicerunt. Itaque *καί* ferri nequit. Sed etiam *ὧδε* pro *τοιάδε* displicet, nec *τοιοῦτος* habet quo referatur. Conjicio *ὧδέ τις περισσὸς αὐτοῖς ἀνδροπλήθειαν στρατός;* — *κάρτος οὖν τοιοῦτος* . . .

232 *ἀργύρου πηγή· ἐν Θορικῷ γάρ ἐστι μέταλλα καὶ ἐν Λαυρίῳ* sch. M.

233 Libri *διὰ χερὸς αὐτοῖς* (*αὐτ'* M.) *πρέπει*. Brunck aliique *διὰ χερῶν αὐτοῖς*. Melius *σφίσιν* Wellauer, *σφιν ἐμπρέπει* Hermann, coll. sch. A., qui verbo composito in interpretatione utitur.

ΑΤΟΣΣΑ.

τίς δὲ ποιμάνωρ ἔπεστι κἀπιδεσπόζει στρατοῦ;

ΧΟΡΟΣ.

οὔτινος δοῦλοι κέκληνται φωτὸς οὐδ' ὑπήκοοι.

ΑΤΟΣΣΑ.

πῶς ἂν οὖν μένοιεν ἄνδρας πολεμίους ἐπήλυδας;

ΧΟΡΟΣ.

ὥστε Δαρείου πολύν τε καὶ καλὸν φθεῖραι στρατόν.

ΑΤΟΣΣΑ.

δεινά τοι λέγεις ἰόντων τοῖς τεκοῦσι φροντίσαι.

---

235 στρατῶι M. Var. lect. στρατοῦ praetulerunt editores.

237 Malim δαΐους, soni causa. μένοιεν ἐπήλυδας non videtur differre a μένοιεν ἐπιόντας. — Praeclarum Atossae responsum nesciae se admiratione sua libertatem jucundissime laudare, amplificavit Herodotus, apud quem Xerxes haec Damarato opponit (VII, 103): ὑπὸ μὲν γὰρ ἑνὸς ἀρχόμενοι κατὰ τρόπον τὸν ἡμέτερον, γενοίατ' ἄν, δειμαίνοντες τοῦτον, καὶ παρὰ τὴν ἑωυτῶν φύσιν ἀμείνονες, καὶ ἴοιεν ἀναγκαζόμενοι μάστιγι ἐς πλεῦνας ἐλάσσονες ἐόντες· ἀνειμένοι δὲ ἐς τὸ ἐλεύθερον, οὐκ ἂν ποιέοιεν τούτων οὐδέτερα.

239 τεκοῦσιν M. Pro ἰόντων quum aoristi participium requiratur, συνθέντων conj. Meineke (Philol. XIX, 235) coll. v. 849. Possis etiam βεβώτων. Inconsiderate μολόντων Heimsoeth.

ΧΟΡΟΣ.

ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖν τάχ' εἴσει πάντα ναμερτῆ λόγον·
τοῦδε γὰρ δράμημα φωτὸς Περσικὸν πρέπει μαθεῖν,
καὶ φέρει σαφές τι πρᾶγος ἐσθλὸν ἢ κακὸν κλύειν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ γῆς ἁπάσης Ἀσιάδος πολίσματα,
ὦ Περσὶς αἶα καὶ πλατὺς πλούτου λιμήν,
ὡς ἐν μιᾷ πληγῇ κατέφθαρται πολὺς
ὄλβος, τὸ Περσῶν δ' ἄνθος οἴχεται πεσόν.
ὤμοι, κακὸν μὲν πρῶτον ἀγγέλλειν κακά·
ὅμως δ' ἀνάγκη πᾶν ἀναπτύξαι πάθος.

240—42 Libri νημερτῆ. Corr. Porson. Sequentia sic exponas : *hujus enim viri cursus manifesto cursorem Persicum*, i. e. publicum, regium, *prodit, affertque certum nuntium laetumve tristemve.* πρέπει μαθεῖν dictum est ut πρέπουσιν ἰδεῖν Suppl. 689 sq. Aliter haec accepit Meineke, l. l., cujus conjectura κεἰ φέρει vereor ne versui 240 repugnet. Ceterum Persarum angaros per stationes dispositos probe novit Aeschylus (v. Agam. 261), sed iis uti non poterat ubi oculatus pugnae testis inducendus erat. V. Patin, *Études sur les tragiques grecs* I p. 241, 3e éd.

243. 44 Ἀσίδος, ut v. 748, Blomfield. Deinde legebatur πολὺς πλούτου λιμήν, adjectivo ex versu sequente male huic illato. Euripides Or. 1077 μέγας πλούτου λιμήν. Aut hoc aut, quod malui, πλατύς Aeschylo reddendum.

Ante 249 unius versus lacunam notavi, in hanc fere sententiam : 'Fundite lacrimas, gemitus edite'. Sic vocativus Πέρσαι, quem erant qui in Πέρσαις aut ὑμῖν mutarent, locum suum obtinebit et nuntius etiam hic, sicut in sequentibus, duobus trimetris chori lamentationes praeibit.

*   *   *   *   *   *

Πέρσαι· στρατὸς γὰρ πᾶς ὄλωλε βαρβάρων.

ΧΟΡΟΣ.

Ἄνι' ἄνια κακὰ νεόκοτα στρ. α'.
πανδάϊ'. αἰαῖ, διαίνεσθε, Πέρ-
σαι, τόδ' ἄχος κλύοντες.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὡς πάντα γ' ἔστ' ἐκεῖνα διαπεπραγμένα·
αὐτὸς δ' ἀέλπτως νόστιμον βλέπω φάος.

ΧΟΡΟΣ.

Μάλα μακροβίοτος ὅδε γέ τις ἀντ. α'.
αἰὼν ἐφάνθη γεραιοῖς, ἀκού-
ειν τόδε πῆμ' ἄελπτον.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Καὶ μὴν παρὼν τε κοὐ λόγους ἄλλων κλύων,
Πέρσαι, φράσαιμ' ἂν οἷ' ἐπορσύνθη κακά.

---

251 Librorum *καὶ δάϊ'* valde languet. Scripsi *πανδάϊ'*, quod firmant *παντάλαν' ἄχη* v. 630 multaque alia apud nostrum.

253. 54 *Omnia illa, quibus gloriabamur, perierunt.* Deinde *καὐτὸς δὲ* libri. *καὶ* melius abesse sensit Porson.

255 *ἦ μακροβίοτος ὁ δέ* (*ὅδε* ceteri) *γέ τις* M. Scripsi *μάλα*, pro quo quum *ἦ μάλα* invectum esset, mox *μάλα* ante *μακροβίοτος* excidit. Hermannus *ὅδε τις*, in stropha deleto *κακά*, nec tamen versus exaequavit.

ΧΟΡΟΣ.

στρ. β'. Ὀτοτοτοῖ, μάταν
τὰ πολέα βέλεα παμμιγῆ
τᾶσδ' ἀπ' Ἀσίδος ἦλθεν αἴας
δᾴαν Ἑλλάδα χώραν.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πλήθουσι νεκρῶν δυσπότμως ἐφθαρμένων
Σαλαμῖνος ἀκταὶ πᾶς τε πρόσχωρος τόπος.

ΧΟΡΟΣ.

ἀντ. β'. Ὀτοτοτοῖ, φίλων
ἁλίδονα μέλεα παμβαφῆ
κατθανόντα λέγεις φέρεσθαι
πλαγκτοῖς ἐν διπλάκεσσιν.

---

260. 61 ο το τοὶ τοὶ (ὀτοτοτοὶ in antistr.) et τὰ πολλὰ M. πολέα Lachmann. βέλεα ex τέλεα corruptum videtur Meinekio, coll. 48. 54.

262. 63 Correxi scripturam γᾶς ἀπ' ἀσίδος ἦλθ' ἐπ' αἶαν. Deinde δῖαν M. δαΐαν cod. Lambethanus, unde δᾴαν Blomf., Dind.

267 Libri σώματα πολυβαφῆ, ex interpretatione scripturae genuinae, quam, ad strophica respicientes, invenerunt Kayser et Heimsoeth.

269 'Videtur Aeschylus πλαγκτοὺς δίπλακας amplas Persarum vestes dicere, quae in mari nantibus mortuis late expansae huc illuc ferebantur' Hermann. Sic Hom. Od. XIX, 241 δίπλακα, i. e. χλαῖναν ἣν ἔστι διπλῆν ἀμφιέσασθαι (schol. Il. III, 126), et χιτῶνα conjungit. Varia commenti sunt scholiastae. Ceterum malim πλαγκταῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Οὐδὲν γὰρ ἤρκει τόξα, πᾶς δ' ἀπώλλυτο
στρατὸς δαμασθεὶς ναΐοισιν ἐμβολαῖς.

ΧΟΡΟΣ.

Ἴυζ' ἄποτμον δαΐοις στρ. γ'.
δυσαιανῆ βοάν,
ὡς παγκάκως πάντα τὸ πᾶν
θεοὶ θέσαν, αἰαῖ, στρατοῦ φθαρέντος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ὦ πλεῖστον ἔχθος ὄνομα Σαλαμῖνος κλύειν·
φεῦ, τῶν Ἀθηνῶν ὡς στένω μεμνημένος.

ΧΟΡΟΣ.

Στυγνᾶν γ' Ἀθανᾶν δαΐοις ἀντ. γ'.
μεμνῆσθαί τοι πάρα,

---

271 ἐν βολαῖσ M.

272—75 ἴυζε ἄποτμον βοὰν δυσαιανῆ πέρσαισ δαΐοισ, ὡσ πάντα παγκάκωσ ἔθεσαν M. ἄποτμον δαΐοις δυσαιανῆ βοάν, deleto glossemate Πέρσαις, Hermann. ἄποτμον δαμόταις Heimsoeth. At δαΐοις hic est *miseris*. Cf. Soph. Aj. 784, ubi schol. δάϊον κοινῶς τὸ πολέμιον· ἀττικῶς δὲ τὸ δύστηνον. Deinde, transposito πάντα i. e. πάντη, supplevi τὸ πᾶν et cum Heimsoethio scripsi θεοὶ θέσαν. Hermann dederat ὡς πάντα παγκάκως θεοὶ | ἔθεσαν. Omnino θεοί, quod supplet schol. P., addendum erat.

278. 79 στυγναί γ' ἀθῆναι (ἀθᾶναι alii) δαΐοισ M., post quae interpunxerunt editores, verbis μεμνῆσθαί τοι πάρα cum ὡς junctis. Hanc sensuum divisionem non optimam esse et res ipsa

ὡς Περσίδων πολλὰς μάταν
εὔνιδας ἔκτισσαν ἠδ᾽ ἀνάνδρους.

ΑΤΟΣΣΑ.

Σιγῶ πάλαι δύστηνος ἐκπεπληγμένη
κακοῖς· ὑπερβάλλει γὰρ ἥδε συμφορά,
τὸ μήτε λέξαι μήτ᾽ ἐρωτῆσαι πάθη.
ὅμως δ᾽ ἀνάγκη πημονὰς βροτοῖς φέρειν
θεῶν διδόντων· πᾶν δ᾽ ἀναπτύξας πάθος
λέξον καταστάς, κεἰ στένεις κακοῖς ὅμως,
τίς οὐ τέθνηκε, τίνα δὲ καὶ πενθήσομεν
τῶν ἀρχελείων, ὅστ᾽ ἐπὶ σκηπτουχίᾳ
ταχθεὶς ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου θανών.

---

et locus antitheticus et v. 277 satis docet. Bonam interpunctionem, sed scripturam vitiosam sequuntur scholia. Legendum στυγνᾶν γ᾽ Ἀθανᾶν. Prior in στυγνᾶν hic et v. 939, itemque prima in μεμνῆσθαι (cf. ὑμνῳδεῖ Ag. 942, πολύμναστον Ag. 1406) corripi videntur.

280. 81 Libri ὡς πολλὰς περσίδων μάταν et ἔκτισαν εὔνιδας. Haec emendavit Boeckh, priora ego transposui. μάταν schol. exponit τὰς μηδὲν βλαψάσας. An scribendum ἄγαν?

286. 87 πᾶν . . . καταστάς. *Postquam totam in universum cladem aperuisti* (respicit v. 248), *singula confirmato animo ede.*

289. 90 ἀρχελείων (ἀρχελάων Rob.) gregum ductores interpretatur Hermann. σκηπτουχίαν potius ὁμηρικῶς de ducibus, quales infra nuntius enumerabit, quam ad Persarum morem de eunuchis corporis custodibus acceperim. ἄνανδρον τάξιν ἠρήμου, *locum suum vacuum reliquit.* Robortellus ἄναρχον; bene, si τάξις hoc loco idem valeret quod τάγμα. Sed huic interpretationi obstat ea quae est inter ταχθείς et τάξιν correlatio.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ξέρξης μὲν αὐτὸς ζῇ τε καὶ βλέπει φάος.

ΑΤΟΣΣΑ.

ἐμοῖς μὲν εἶπας δώμασιν φέγγος μέγα
καὶ λευκὸν ἦμαρ νυκτὸς ἐκ μελαγχίμου.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Ἀρτεμβάρης δὲ μυρίας ἵππου βραβεὺς
στύφλους παρ' ἀκτὰς θείνεται Σιληνιῶν.
χὠ χιλίαρχος Δαδάκης πληγῇ δορὸς
πήδημα κοῦφον ἐκ νεὼς ἀφήλατο·
Τενάγων τ' ἀριστεὺς Βακτρίων ἰθαγενὴς
θαλασσόπληκτον νῆσον Αἴαντος πολεῖ.
Λίλαιος, Ἀρσάμης τε κἀργήστης τρίτος,
οἵδ' ἀμφὶ νῆσον τὴν πελειοθρέμμονα
κυκώμενοι κύρισσον ἰσχυρὰν χθόνα·

291—93 Libri *φάος βλέπει.* Verum verborum ordinem servavit schol. Aristoph. Ran. 1060. Deinde iterum legebatur *φάος*, pro quo *φέγγος* posui. Mox *ἦμαρ* M.

295 *Σιληνίαι αἰγιαλὸς Σαλαμῖνος, πλησίον τῆς λεγομένης Τροπαίου ἄκρας, ὡς Τιμόξενος ἐν τῷ ϛ' περὶ λιμένων* sch. M.

297 Haec irrisio Graecum potius narratorem quam Persam decet. De inimico interfecto Patroclus apud Homerum Il. XVI, 745 : *Ὦ πόποι, ἦ μάλ' ἐλαφρὸς ἀνὴρ, ὡς ῥεῖα κυβιστᾷ.* Idem cadit in v. 307 sq.

298 Libri *ἄριστος.* Emend. Blomf. Idem scripturae vitium Eurip. Med. v. 5. *ἰθαιγενὴς* M.

300—302 Salaminem intelligunt veteres interpretes, rectius unam ex adjacentibus parvis insulis Hermann. Legebatur *νικώ-*

πηγαῖς τε Νείλου γειτονῶν Αἰγυπτίου
Ἀρκτεὺς, Ἀδεύης, καὶ Φερεσσεύης τρίτος
Φαρνοῦχος, οἵδε ναὸς ἐκ μιᾶς πέσον.
Χρυσεὺς Μάταλλος μυριόνταρχος θανὼν 314
πυρσὴν ζαπληθῆ δάσκιον γενειάδα 316
ἔτεγγ', ἀμείβων χρῶτα πορφυρᾷ βαφῇ.
καὶ Μᾶγος Ἄραβος, Ἀρτάμης τε Βάκτριος,
ἵππου μελαίνης ἡγεμὼν τρισμυρίας, 315
σκληρᾶς μέτοικος γῆς ἐκεῖ κατέφθιτο.

μενοι κύρισσον, quod languet et per aoristum potius quam per imperfectum dicendum erat. Κυκώμενοι, cum glossa ταρασσόμενοι, e libro Vindobonensi attulit Heimsoeth, *Nachtrag* p. 5, et merito commendavit.

304. 5 φερεσσεύησ et οἵ τε (?) M. Post τρίτος quartum addi non posse patet : itaque pro Φαρνοῦχος reponendum puto ῥαβδοῦχος vel gentile Καρδοῦχος. Deinde Porson conjecit ναὸς ἔπεσον ἐκ μιᾶς.

306—8 Libri πυρρὰν et πορφυρέᾳ. Corr. Porson. Χρυσεὺς gentile est ab oppido Χρύσα in Troade ductum. Nomen proprium Ματίλλας in Ephesio nummo exstat (Mionnet III, p. 87). Πυρσὴν mihi videtur cum ἔτεγγε jungendum. Sanguinis purpurea tinctura (cf. Hom. Il. IV, 141—147) fuscam barbam (δάσκιος) in rufam convertit.

309 Μάγος (immo Μᾶγος) ἐθνικὸν, Ἄραβος κύριον sch. M. Deinde ἀρτάβησ M.

310, qui versus post 306 legebatur, hic inserui. Illic ἵππου ἡγεμὼν τρισμυρίας post μυριόνταρχος ferri non poterat, nec θανὼν bene a πυρσὴν . . ἔτεγγε divellebatur. Hic repositus numerorum legem restituit qua inde a 294 ter binis, quater ternis versibus ducum Persarum fata comprehenduntur, nec qui sequuntur ter terni versus ab hac ratione discedunt.

Ἄμηστρις Ἀμφιστρεύς τε πολύπονον δόρυ
νωμῶν, ὅ τ' ἐσθλὸς Ἀριόμαρδος Σάρδεσιν
πένθος παρασχὼν, Σεισάμης θ' ὁ Μύσιος,
Θάρυβίς τε πεντήκοντα πεντάκις νεῶν
ταγὸς, γένος Λυρναῖος, εὐειδὴς ἀνὴρ,
κεῖται θανὼν δείλαιος οὐ μάλ' εὐτυχῶς·
Συέννεσίς τε πρῶτος εἰς εὐψυχίαν,
Κιλίκων ἔπαρχος, εἷς ἀνὴρ πλεῖστον πόνον
ἐχθροῖς παρασχὼν, εὐκλεῶς ἀπώλετο.
τοσόνδε ταγῶν νῦν ὑπεμνήσθην πέρι.
πολλῶν παρόντων δ' ὀλίγ' ἀπαγγέλλω κακά.

---

312 ἄμιστρις M. aliique libri. Ἄμηστρις Brunck. Ἀμίστρης occurrit v. 22.

313 Ἀριόμαρδος Σάρδεσιν numerorum legem a Porsono observatam violat neque excusationem habet a nominibus propriis, quippe quae non per se ipsa, sed junctura numeris repugnent. In mentem mihi venit Ἀριόμαρδος ἄλγεσιν Σάρδεις παρασχών.

314 θ' ante ὁ omittit M.

316 Stephanus Byzantius Λυρνησσός· πόλις Τρωική, μία τῶν ἕνδεκα τῶν ἐν τῇ Τρῳάδι. τὸ ἐθνικὸν Λυρνήσσιος. Αἰσχύλος δὲ Πέρσαις ὡς ἀπὸ τοῦ Λύρνα ἢ Λύρνη Λυρναῖος.

317 Fortasse οὐ μάλ' εὐθέτως. Dicitur εὐθετίζειν νεκρόν.

319. 20 ἄπαρχος M. τάγαρχος conj. Meineke hic et Agam. 1172 et Choëph. 651. Deinde e libris nonnullis νηλεῶς (ἀνηλεῶς) recepit Hermann.

321. 22 Libri τοιῶνδ' ἀρχόντων νῦν (hoc ultimum in M. supra versum ab alia manu). τοιῶνδε ταγῶν νῦν conj. Hermann. τοσόνδ' Heimsoeth, recepta etiam v. l. in Par. B. adscripta ἐπαρχόντων. Varia tentarunt viri docti. Deinde δ' omittit M. Scribendumne ἀπαγγέλλων?

ΑΤΟΣΣΑ.

αἰαῖ, κακῶν ὕψιστα δὴ κλύω τάδε,
αἴσχη τε Πέρσαις καὶ λιγέα κωκύματα.
Ἀτὰρ φράσον μοι τοῦτ' ἀναστρέψας πάλιν,
νεῶν πόσον δὴ πλῆθος ἦν Ἑλληνίδων,
ὥστ' ἀξιῶσαι Περσικῷ στρατεύματι
μάχην συνάψαι ναΐοισιν ἐμβολαῖς.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

πλήθους μὲν ἂν σάφ' ἴσθ' ἕκατι βαρβάρων
στόλον κρατῆσαι. καὶ γὰρ Ἕλλησιν μὲν ἦν
ὁ πᾶς ἀριθμὸς ἐς τριακάδας δέκα
ναῶν, δεκὰς δ' ἦν τῶνδε χωρὶς ἔκκριτος·
Ξέρξῃ δὲ, καὶ γὰρ οἶδα, χιλιὰς μὲν ἦν
ὧν ἦγε πλῆθος, αἱ δ' ὑπέρκοποι τάχει
ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ'· ὧδ' ἔχει λόγος.

326 Libri πόσον δὴ (sic M.) aut πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν. Turn. πόσον τι. Transposui vocem νεῶν.

329. 30 Libri βαρβάρων ναυσί, idque habuit etiam schol. M., ut qui adscripserit λείπει τὸ ἦν. Turn. βαρβάρους. Herm. βάρβαρον ναυσίν. At dativus ναυσίν post πλήθους ἕκατι non bene infertur. Itaque, quum praesertim vox ναῦς hic justo saepius recurrat, deleto glossemate scripsi στόλον. Deinde ἕλλησι libri.

333. 34 καὶ γὰρ οἶδα Graecum narratorem prodit, etiam hostium res se probe scire asseverantem. Deinde librorum ὑπέρκομποι corr. Wakefield. Ceterum cum nostro facit Herodotus, VIII, 48. 89. 184, Graecis naves CCCLXXVIII, Persis MCCVII tribuens.

μή σοι δοκοῦμεν τῇδε λειφθῆναι μάχῃ;
ἀλλ' ὧδε δαίμων τις κατέφθειρε στρατόν, 345
τάλαντα βρίσας οὐκ ἰσορρόπῳ τύχῃ.

ΑΤΟΣΣΑ.

ἔτ' ἆρ' Ἀθηνῶν ἔστ' ἀπόρθητος πόλις; 348

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἀνδρῶν γὰρ ὄντων ἕρκος ἐστὶν ἀσφαλές. 349

ΑΤΟΣΣΑ.

θεοὶ πόλιν σῴζουσι Παλλάδος θεᾶς. 347

---

336 ληφθῆναι M. τῇδε μάχῃ, *proelio sic instituto* : neque enim puto τῇδε a voce μάχῃ divelli posse, ut pro adverbio accipiatur.

337. 38 Post interrogationem sic infertur ἀλλὰ quasi responsum negativum additum esset, in qua ellipsi non haerendum neque Atossae hi versus tribuendi.

339—341 in libris hoc ordine se excipiunt : 341. 39. 40. Varia tentarunt viri docti. Ego versum 341, qui versum 339 antecedere nequit, nec tamen inter hunc et 340 inseri potest, post 340 posui. Nam versum 341 qui Atossae abjudicant ut rerum Graecarum ignarae, ea proferunt quae Aeschylus minime curabat. Etiam Marathonem illa bene novit v. 467, quod post vv. 238 sq. vix exspectabas. — De nuntii responso optime Hermannus : 'Quum Atossam faceret interrogantem, ut consentaneum erat [cf. v. 227], de illa ipsa re, quam minime jucundam auditu esse Atheniensibus sciebat, fieri non potuit quin exspectatione quadam et metu commoverentur spectatores, ne referentem audirent nuntium quod factum esse graviter ferebant. Sed hunc metum tam callide et cogitate dispellit poeta, ut illa nuntii responsio etiam laudem et gloriam afferat Atheniensibus. Apte

Ἀρχὴ δὲ ναυσὶ συμβολῆς τίς ἦν; φράσον.
τίνες κατῆρξαν, πότερον Ἕλληνες, μάχης,
ἢ παῖς ἐμὸς, πλήθει καταυχήσας νεῶν;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ἦρξεν μὲν, ὦ δέσποινα, τοῦ παντὸς κακοῦ
φανεὶς ἀλάστωρ ἢ κακὸς δαίμων ποθέν.
ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ
ἐλθὼν ἔλεξε παιδὶ σῷ Ξέρξῃ τάδε,
ὡς εἰ μελαίνης νυκτὸς ἵξεται κνέφας,
Ἕλληνες οὐ μενοῖεν, ἀλλὰ σέλμασιν
ναῶν ἐπενθορόντες ἄλλος ἄλλοσε
δρασμῷ κρυφαίῳ βίοτον ἐκσωσοίατο.
ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἤκουσεν, οὐ ξυνεὶς δόλον
Ἕλληνος ἀνδρὸς οὐδὲ δαιμόνων φθόνον,

---

comparat cum hoc versu Jacobsius responsum a Themistocle, testibus Herodoto VIII, 61 et Plutarcho in Themistocle c. 11, Adimanto datum, urbem non esse in moenibus ac domibus, sed in CC triremibus positam. Quod dictum quis dubitabit pervulgatum apud Athenienses fuisse, ita ut jure credi possit allusisse eo hic Aeschylum.' Idem ἀνδρῶν γὰρ ὄντων vertit 'eorum qui viri sunt.' Malim *virorum, si sunt* urbi, secundum Alcaei nobile illud, a schol. M. allatum, quod sic complevit Bergk : *Οὐ λίθοι Τειχέων εὖ δεδομαμένοι, Ἀλλ' ἄνδρες πόλιος πύργος ἀρήϊοι.* Cf. etiam Welcker, *Kleine Schriften*, IV p. 160.

342 *ναυσὶν* M.

347 Rem narrat Herodotus VIII, 75.

350—52 Librorum *μένοιεν* et *ἐκσωσαίατο* corr. Monk. *ἐπανθορόντεσ* M.

354 Mutavi vulgatam *τὸν θεῶν φθόνον*, articulo molesto. *τῶν θεῶν* M. ante correctionem aliique libri, quae est primitiva glossae forma.

πᾶσιν προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον·
εὖτ' ἂν φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος χθόνα
λήξῃ, κνέφας δὲ τέμενος αἰθέρος λάβῃ,
τάξαι νεῶν στῖφος μὲν ἐν στοίχοις τρισὶν
ἔκπλους φυλάσσειν καὶ πόρους ἁλιρρόθους,
ἄλλας δὲ κύκλῳ νῆσον Αἴαντος πέριξ·
ὡς εἰ μόρον φευξοίαθ' Ἕλληνες κακὸν,
ναυσὶν κρυφαίως δρασμὸν εὑρόντες τινὰ,
πᾶσι στέρεσθαι κρατὸς ἦν προκείμενον.
τοιαῦτ' ἔλεξε κάρθ' ὑπ' εὐθύμου φρενός·
οὐ γὰρ τὸ μέλλον ἐκ θεῶν ἠπίστατο.
οἱ δ' οὐκ ἀκόσμως, ἀλλὰ πειθάρχῳ φρενὶ
δεῖπνόν τ' ἐπορσύνοντο, ναυβάτης τ' ἀνὴρ
τροποῦτο κώπην σκαλμὸν ἀμφ' εὐήρετμον.
ἐπεὶ δὲ φέγγος ἡλίου κατέφθιτο

---

357. 58 τέμενος αἰθέρος, *coeli templa.* Deinde νεῶν μὲν στῖφος Brunck.

362. 63 νηυσὶν M. 'Melius constaret temporum ratio, si scriptum esset ὃν προκείμενον' Hermann. Ceterum decollationis poenam apud Persas in usu fuisse constat.

364 Librorum τοσαῦθ' corr. Brunck. Deinde ὑπερθύμου libri plurimi, ὑπ' ἐκθύμου vulgo. Medicei ὑπευθύμου (ὑπὸ . . . τερπομένης διανοίας sch. A.) jure tuetur Heimsoeth.

367 Libri δεῖπνον. Brunckium secuti editores plerique δεῖπνόν τ'. At schol. A. ἡτοίμαζον εὐωχίαν, unde Blomfield probabiliter conjecit scriptum fuisse θοίνην.

368 τροπωτὴρ δὲ ὁ λῶρος ὁ δεσμεύων τὴν κώπην πρὸς τῷ σκαλμῷ sch. M.

καὶ νὺξ ἐπῄει, πᾶς ἀνὴρ κώπης ἄναξ
ἐς ναῦν ἐχώρει πᾶς θ' ὅπλων ἐπιστάτης·
τάξις δὲ τάξιν παρεκάλει νεὼς μακρᾶς·
πλέουσι δ' ὡς ἕκαστος ἦν τεταγμένος,
καὶ πάννυχοι δὴ διάπλοον καθίστασαν
ναῶν ἄνακτες πάντα ναυτικὸν λεών.
καὶ νὺξ ἐχώρει, κοὐ μάλ' Ἑλλήνων στρατὸς
κρυφαῖον ἔκπλουν οὐδαμῇ καθίστατο.
Ἐπεί γε μέντοι λευκόπωλος ἡμέρα
πᾶσαν κατέσχε γαῖαν εὐφεγγὴς ἰδεῖν,
πρῶτον μὲν ἠχῇ πέλαγος Ἑλλήνων πάρα

---

370. 71 *πᾶσ δ' ὅπλων* M. *Ὅπλων ἐπιστάτης* est *ὁπλίτης*, ut *κώπης ἄναξ* est *κωπηλάτης*. Cf. Eur. Cycl. 86 *κώπης ἄνακτας*. Iph. Aul. 1260 *ὅπλων ἄνακτες*. Ejusdem Telephus dixit *κώπης ἀνάσσω* (prima enim persona restituenda), quod dicendi genus poëticum ex sui temporis usu tenuiore reprehendit Aristoteles Rhet. III, 2.

372 *νεὼς μακρᾶς* non satis aptum est. *στιχὸς μακρᾶς* Hartung. Fortasse *νυκτὸς μακράν*.

374 *διάπλοον* schol. A. interpretatur *διαπλέοντα τὴν θάλασσαν*.

376 *οὐ μάλα* per lenem ironiam dictum est.

380 Libri *ἠχῆ* (sic M.) aut *ἠχοῖ πέλαγος*. Neutrum ferri potest, nec multum proficitur conjecturis *ἠχήν*, *ἠχῆς* i. e. *ἠχήεις*, *εὐχῆς*. Vitium est in voce *κέλαδος*, quam librarius, universa loci sententia inductus, oscitanter intulit, eodem erroris genere quo v. 356 codices nonnulli *φλέγων ἀκτῖσιν ἥλιος φλόγα* habent pro *χθόνα*. Scripsi *πέλαγος*. Mare a Graecorum parte fausto clamore sonat cantus instar referente (*μολπηδόν*), mari respondet Salaminia rupes. Haec et poëtice dicta sunt et ad veritatem accomodata : nondum enim conspiciebantur Graeci, sed paean per fluctus exaudiebatur.

μολπηδὸν ηὐφήμησεν, ὄρθιον δ' ἅμα
ἀντηλάλαξε νησιώτιδος πέτρας
ἠχώ· φόβος δὲ πᾶσι βαρβάροις παρῆν
γνώμης ἀποσφαλεῖσιν· οὐ γὰρ ὡς φυγῇ
παιᾶν' ἐφύμνουν σεμνὸν Ἕλληνες τότε,
ἀλλ' ἐς μάχην ὁρμῶντες εὐψύχῳ θράσει·
σάλπιγξ δ' αὐτῇ πάντ' ἐκεῖν' ἐπέφλεγεν.
εὐθὺς δὲ κώπης ῥοθιάδος ξυνεμβολῇ
ἔπαισαν ἅλμην βρύχιον ἐκ κελεύματος,
θοῶς δὲ πάντες ἦσαν ἐκφανεῖς ἰδεῖν.
τὸ δεξιὸν μὲν πρῶτον εὐτάκτως κέρας
ἡγεῖτο κόσμῳ, δεύτερον δ' ὁ πᾶς στόλος
ἐπεξεχώρει, καὶ παρῆν ὁμοῦ κλύειν
πολλὴν βοήν, "ὦ παῖδες Ἑλλήνων ἴτε,

---

384 *γνώμης ἀποσφαλεῖσιν*, *opinione lapsis.* Versum sequentem post 386 ponendum esse mihi non persuasit Heimsoeth, *Nachtrag* 74.

387 Voce *ἐκεῖνα*, minus bene ab Hermanno exposita, Graeci significantur. Recte schol. M. *τὰ τῶν Ἑλλήνων ἐξέκαιεν καὶ ἀνήγειρεν ἡ σάλπιγξ.*

388. 89 Commentarii instar sint Euripidis versus: *Λάβεσθε κώπης ῥόθια τ' ἐλλευκαίνετε* et *Γυμνὰς ἐξ ἐπωμίδων χέρας Κώπῃ προσαρμόσαντες ἐκ κελεύματος* Iph. T. 1387. 1405. Voce *συνεμβολῇ* (nisi tamen *σὺν ἐμβολῇ* scribendum) remorum ictus ad hortatoris, *κελευστοῦ*, vocem omnes simul facti notantur.

392. 93 Fortasse *ἡγεῖτο, κόσμῳ δ' ὕστερον πρόπας στόλος.* Deinde *ὁμοῦ* non est 'simul', sed *ex propinquo.* Schol. Aristoph. Equ. 245 : *Ὁμοῦ λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς.*

394 Nostra memoria iisdem in locis auditum est carmen : *Δεῦτε, παῖδες τῶν Ἑλλήνων.*

ἐλευθεροῦτε πατρίδ', ἐλευθεροῦτε δὲ
παῖδας, γυναῖκας, θεῶν τε πατρῴων ἕδη,
θήκας τε προγόνων· νῦν ὑπὲρ πάντων ἀγών."
καὶ μὴν παρ' ἡμῶν Περσίδος γλώσσης ῥόθος
ὑπηντίαζε, κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή.
εὐθὺς δὲ ναῦς ἐν νηῒ χαλκήρη στόλον
ἔπαισεν· ἦρξε δ' ἐμβολῆς Ἑλληνικὴ
ναῦς, κἀποθραύει πάντα Φοινίσσης νεὼς
κόρυμβ', ἐπ' ἄλλην δ' ἄλλος ἴθυνεν δόρυ.
Τὰ πρῶτα μέν νυν ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ

---

398. 99 ῥόθος iterum graecum narratorem prodit. — κοὐκέτ' ἦν μέλλειν ἀκμή. Accuratius noster Agam. 1353 τὸ μὴ μέλλειν δ' ἀκμή et Soph. El. 22 οὐκέτ' ὀκνεῖν καιρὸς, ἀλλ' ἔργων ἀκμή.

350—403 Praemittuntur tres Atossae versus nuntii versibus bis quaternis, iterumque tres versus praemittuntur versibus decem (356—65) quibus continentur superba Xerxis jussa. Deinde duodecim versibus (366—77) narrantur classis Persicae, Graecorum scilicet fugam prohibentis, cursus nocturni. His egregie opponitur Graecorum pugnam ineuntium alacritas. Quorum primum paean, mox tubae ex longinquo exaudiuntur, decem versibus (378—87); deinde ipsi apparent, inter se hortantur, in proelium ruunt, versibus duodecim (388—99). Horum locorum prior incipit a solis occasu, v. 356 sq., alter a solis ortu v. 378 sq. Additur clausula quaternaria (400—403).

400 Ad χαλκήρη στόλον schol. τὸ ἔμβολον λέγει. Cf. 407.

401 Aminiam tacente poëta spectatores nominabant. Hunc, quem Herodotus VIII, 84 Pallenensem dicit, Aeschyli Eleusinii fratrem fuisse jure in dubium vocavit Hermann. Cynaegirum autem Euphorionis filium diserte vocat Herodotus VI, 114. Aeschylum ipsum pugnae Salaminiae interfuisse testatur illorum temporum aequalis Ion Chius ἐν ταῖς Ἐπιδημίαις apud schol. M.

403. 4 ηὔθυνεν et μὲν νῦν M. Deinde ῥεῦμα quum aggre-

ἀντεῖχεν· ὡς δὲ πλῆθος ἐν στενῷ νεῶν
ἤθροιστ', ἀρωγὴ δ' οὔτις ἀλλήλοις παρῆν,
αὐτοὶ δ' ὑφ' αὐτῶν ἐμβόλοις χαλκοστόμοις
παίοντ', ἔθραυον πάντα κωπήρη στόλον,
Ἑλληνικαί τε νῆες οὐκ ἀφρασμόνως
κύκλῳ πέριξ ἔθεινον, ὑπτιοῦτο δὲ
σκάφη νεῶν, θάλασσα δ' οὐκέτ' ἦν ἰδεῖν,
ναυαγίων πλήθουσα καὶ φόνου βροτῶν.
ἀκταὶ δὲ νεκρῶν χοιράδες τ' ἐπλήθυον,
φυγῇ δ' ἀκόσμῳ πᾶσα ναῦς ἠρέσσετο,
ὅσαιπερ ἦσαν βαρβάρου στρατεύματος.
τοὶ δ' ὥστε θύννους ἤ τιν' ἰχθύων βόλον
ἀγαῖσι κωπῶν θραύμασίν τ' ἐρειπίων
ἔπαιον, ἐρράχιζον, οἰμωγὴ δ' ὁμοῦ
κανχήμασιν κατεῖχε πελαγίαν ἅλα,

---

dicntium impetum potius quam resistentium molem significare videatur, Meineke conjecit ῥῦμα. Poterat ἔρυμα.

408 *παίοντ'* nec cum Porsono in *παισθέντ'* mutandum, nec cum Hermanno pro praesentis participio habendum; sed *παίοντο, ἔθραυον* pro *ἐπαίοντό τε ἔθραυόν τε* optime dictum est, conjunctionibus omissis ut oppositionis vis augeretur.

Ante 409 versum excidisse puto a quo apodosis inciperet. Minus placet Heathii conjectura v. 410 *ὑπτιοῦτο δή* scribentis. Sed aut hoc aut illo opus esse puto, ne locus justo obscurior sit.

414 Libri *ἀκόσμως*. Corr. Casaubonus coll. v. 462.

416 Thynnorum densa agmina satis nota sunt. *βόλον* Latini dicunt *retis jactum*.

418. 19 *οἰμωγῆσ* (*οἰμωγὴ* ceteri) et *κωκύμασιν* M. *κανχήμασιν* Hermann, collato Homerico illo *ἔνθα δ' ἅμ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν Ὀλλύντων τε καὶ ὀλλυμένων.*

ἕως κελαινῆς νυκτὸς ὄμμ' ἀφείλετο.
Κακῶν δὲ πλῆθος, οὐδ' ἂν εἰ δέκ' ἤματα
στοιχηγοροίην, οὐκ ἂν ἐκπλήσαιμί σοι.
εὖ γὰρ τόδ' ἴσθι, μηδάμ' ἡμέρᾳ μιᾷ
πλῆθος τοσουτάριθμον ἀνθρώπων θανεῖν.

ΑΤΟΣΣΑ.

αἰαῖ, κακῶν δὴ πέλαγος ἔρρωγεν μέγα
Πέρσαις τε καὶ πρόπαντι βαρβάρων γένει.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

εὖ νῦν τόδ' ἴσθι, μηδέπω μεσοῦν κακόν·
τοιάδ' ἐπ' αὐτοὺς ἦλθε συμφορὰ πάθους,
ὡς τοῖσδε καὶ δὶς ἀντισηκῶσαι ῥοπῇ.

ΑΤΟΣΣΑ.

καὶ τίς γένοιτ' ἂν τῆσδ' ἔτ' ἐχθίων τύχη;
λέξον τίν' αὖ φῂς τήνδε συμφορὰν στρατῷ
ἐλθεῖν κακῶν ῥέπουσαν ἐς τὰ μάσσονα.

---

420 ὄμμα ad diem potius quam ad noctem convenire videtur; nec tamen mutandum. Salutem enim tenebrae attulerunt Persis, et addito κελαινῆς notatur oxymoron. Utrumque cadit etiam in Eurip. Iph. T. 110 ὅταν δὲ νυκτὸς ὄμμα λυγαίας μόλῃ. Frustra igitur Heimsoeth e codicis Vind. glossa ἔφοδος elicuit νυκτὸς οἶμ', quod mihi quidem valde displicet. Ceterum cf. Xenoph. Hell. I, 2, 16 : Ἀλκιβιάδης δὲ ἐδίωκεν . . μέχρι σκότος ἀφείλετο, quem locum Boissonadio debeo.

422—25 στοιχοιγαροίην (ο supra) et μηδ' ἂν (μηδάμ' Par. A.) et τοσοῦτ' ἀριθμὸν et ἔρρωγε, ex ἔρρωται factum, M.

427. 28 κακῶν edd. vett. Ad firmandum κακὸν afferunt Eur. Med. 59 ἐν ἀρχῇ πῆμα κοὐδέπω μεσοῖ. Deinde ἐπ' αὐτοῖσ M. et libri plerique.

430—32 τῆσδέ τ' et τῆνδε M. Junge συμφορὰν κακῶν, ut

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Περσῶν ὅσοιπερ ἦσαν ἀκμαῖοι φύσιν,
ψυχήν τ' ἄριστοι κεὐγένειαν ἐκπρεπεῖς,
αὐτῷ τ' ἄνακτι πίστιν ἐν πρώτοις ἀεὶ,
τεθνᾶσιν αἰσχρῶς δυσκλεεστάτῳ μόρῳ.

ΑΤΟΣΣΑ.

οἳ 'γὼ τάλαινα συμφορᾶς κακῆς, φίλοι.
μόρῳ δὲ ποίῳ τούσδε φῂς ὀλωλέναι;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

νῆσός τις ἐστὶ πρόσθε Σαλαμῖνος τόπων,
βαιὰ, δύσορμος ναυσὶν, ἣν ὁ φιλόχορος
Πὰν ἐμβατεύει ποντίας ἀκτῆς ἔπι.
ἐνταῦθα πέμπει τούσδ', ὅπως, ὅταν νεῶν
φθαρέντες ἐχθροὶ νῆσον ἐκσωζοίατο,

---

supra συμφορὰ πάθους. Atossae et nuntii dicta et verbis et versuum numero accurate inter se respondent.

436 Libri αἰσχρῶς. Turnebus οἰκτρῶς, quem edd. plerique secuti sunt.

438 Legebatur ποίῳ μόρῳ δέ. Transposui verba a librariis trajecta, quo facto etiam repetitio vocis μόρῳ, propter quam supra πότμῳ requirebat Heimsoeth, offensionem non habet. Ab iisdem verbis μόρῳ δὲ ποίῳ incipit versus Sophocleus, Antig. 772. Etiam Agam. 257 scribendum χρόνου δὲ ποίου.

439 41 νησσὶν M. Insula Salaminis orae maritimae (i. e. orae ab Attica aversae) apposita est Psytallia, in cujus rupibus desertis (νησίον ἔρημον πετρῶδες Strabo IX, p. 395) Pan cum Nymphis saltare dicebatur.

442. 43 ὅτ' ἐκ Elmsley, Dindorf. ἐξ$^{\kappa}$σωζοίατο M. εἰσσωσοίατο suspicatur Meineke. Fortasse κεἰσ' ὑπεκσωζοίατο.

κτείνοιεν εὐχείρωτον Ἑλλήνων στρατόν,
φίλους δ' ὑπεκσώζοιεν ἐναλίων πόρων,
κακῶς τὸ μέλλον ἱστορῶν. ὡς γὰρ θεὸς
ναῶν ἔδωκε κῦδος Ἕλλησιν μάχης,
αὐθημερὸν φράξαντες εὐχάλκοις δέμας
ὅπλοισι ναῶν ἐξέθρωσκον· ἀμφὶ δὲ
κυκλοῦντο πᾶσαν νῆσον, ὥστ' ἀμηχανεῖν
ὅποι τράποιντο. πολλὰ μὲν γὰρ ἐκ χερῶν
πέτροισιν ἠράσσοντο, τοξικῆς τ' ἀπὸ
θώμιγγος ἰοὶ προσπίτνοντες ὤλλυσαν·
τέλος δ' ἐφορμηθέντες ἐξ ἑνὸς ῥόθου
παίουσι, κρεοκοποῦσι δυστήνων μέλη,

---

445 Fortasse *ὑπεκδεχοίατ'*. Haec et antecedentia sine dubio ante oculos habuit Herodotus, quum scriberet VIII, 76: *Ἐς δὲ τὴν νῆσον τὴν Ψυττάλειαν καλεομένην ἀπεβίβαζον τῶν Περσέων τῶνδε εἵνεκεν ὡς, ἐπεὰν γένηται ναυμαχίη, ἐνθαῦτα μάλιστα ἐξοισομένων τῶν τε ἀνδρῶν καὶ τῶν ναυηγίων . . . ἵνα τοὺς μὲν περιποιῶσι, τοὺς δὲ διαφθείρωσι.*

450 Suspicor *κυκλοῦντο πάντη, φῶτας ὥστ' ἀμηχανεῖν*, ut intellegatur *ἀμηχανεῖν* ad barbaros spectare. Mire cum Prienio Meineke Graecos Persarum missilibus ad inopiam redactos esse et post *νῆσον* unum pluresve versus excidisse statuit in hanc sententiam: *οἱ δὲ βάρβαροι κύκλῳ πέριξ σφ' ἔτειρον.* Sane sagittarii in Graecorum exercitu ab Herodoto non memorantur. Sed quidni fuerint nonnulli? Sagittarios e Creta accitos esse refert Ctesias apud Photium LXXII, p. 39ᵇ Bekker.

453. 54 *ὄλλυσαν* M. *ἐφορμηθέντες*, scil. Graeci, leni ad aliud subjectum transitu, quum inter haec et *ἠράσσοντο* interjectum sit *ἰοὶ (αὐτοὺς) ὤλλυσαν.* Ceterum haec ab Aristide gesta esse meminerant Aeschyli spectatores, nobis narrat Herodotus VIII, 95, breviter ille quidem, ut leviore haec momento aestimasse videatur.

ἕως ἁπάντων ἐξαπέφθειραν βίον.
Ξέρξης δ᾽ ἀνῴμωξεν κακῶν ὁρῶν βάθος·
ἕδραν γὰρ εἶχε παντὸς εὐαγῆ στρατοῦ,
ὑψηλὸν ὄχθον ἄγχι πελαγίας ἁλός·
ῥήξας δὲ πέπλους κἀνακωκύσας λιγὺ,
πεζῷ παραγγείλας ἄφαρ στρατεύματι,
ἵησ᾽ ἀκόσμῳ ξὺν φυγῇ. τοιάνδε σοι
πρὸς τῇ πάροιθε συμφορὰν στένειν πάρα.

ΑΤΟΣΣΑ.

ὦ στυγνὲ δαῖμον, ὡς ἄρ᾽ ἔψευσας φρενῶν
Πέρσας· πικρὰν δὲ παῖς ἐμὸς τιμωρίαν
κλεινῶν Ἀθηνῶν εὗρε, κοὐκ ἀπήρκεσαν

---

456 Hic versus, quo terminatur narratio cladis terrestris, simillimus est versui 420, quo claudis maritimae descriptio absolvitur, et locus ille (v. 404—420), si recte conjecimus ante 409 versum excidisse, hunc locum (v. 439—456) versuum numero aequabit. Interjectum est nuntii et reginae diverbium, quaternio, binio (421—26), terniones duo (427—32), quaternio, binio (433—38).

458 *εὐαυγῆ* conj. Hemsterhuys. *καθαρὰν, κεχωρισμένην· ἢ αὐγάζοντα καὶ ὁρῶντα* (supple *ὄχθον*) schol. M. Vide doctam Hermanni de voce *εὐαγής* disputationem.

461 *ἄφαρ* non urgendum est. Accuratius Herodotus VIII, 113 post paucorum dierum moram Xerxem cum exercitu profectum esse narrat.

462. 63 *ἵησ᾽* (*ἤϊξ᾽* libri plerique) et *τοιὰν δέ σοι* M. *ἵημι* intransitive usurpatur in Rheso v. 291, *ἰάπτει* in Aesch. Suppl. 533. Deinde librorum *πάρα στένειν* transposuit Dind.

466 *ἀπήρκεσε* M. Pro *εὗρε* Meineke conj. *εἶδε*, alius *εὕρετ᾽ οὐδ᾽*.

οὓς πρόσθε Μαραθὼν βαρβάρων ἀπώλεσεν·
ὧν ἀντίποινα παῖς ἐμὸς πράξειν δοκῶν
τοσόνδε πλῆθος πημάτων ἐπέσπασεν.
σὺ δ' εἰπέ, ναῶν οἳ πεφεύγασιν μόρον,
ποῦ τούσδε λοιποὺς οἶσθα σημῆναι τορῶς;

ΑΓΓΕΛΟΣ.

ναῶν γε ταγοὶ τῶν λελειμμένων σύδην
κατ' οὖρον οὐκ εὔκοσμον αἴρονται φυγήν·
στρατὸς δ' ὁ λοιπὸς ἔν τε Βοιωτῶν χθονὶ
διώλλυθ', οἱ μὲν ἀμφὶ κρηναῖον γάνος
δίψῃ πονοῦντες, οἱ δ' ὑπ' ἄσθματος κενοί·
οἱ δ' ἐκπερῶμεν ἔς τε Φωκέων χθόνα
καὶ Δωρίδ' αἶαν, Μηλιᾶ τε κόλπον, οὗ
Σπερχειὸς ἄρδει πεδίον εὐμενεῖ ποτῷ·

---

469 *τοσῶν δὲ* M.

470. 71 *ναῶν αἳ* (*οἳ* Lips.) *πεφεύγασι μόρον ποῦ τᾶσδ'* (*τάσδ'* ceteri) *ἔλειπεσ· οἶσθα* M. Scribendum esse *οἳ* et *τούσδε* monuit me doctissimus amicus Carolus Thurot. Hoc quaerere reginam nuntii responsum docet. Oratio ut recte procederet, scripsi *λοιποὺς οἶσθα*. *λοιποὺς* est *superstites*, ut v. 500 et alibi.

472. 73 *ναῶν γὲ* Rob. Librorum *ναῶν δὲ* tuetur Hermann. Deinde libri *αἱροῦνται*, nisi quod *αἰροῦνται* M. Corr. Elmsley.

474—77 Exercitus partem in Boeotia periisse dicit, alios ad fontes ipsos siti laborantes, alios anhelatione ex cursu contracta exhaustos; ceteros in Phocidem pervenisse. Sic hunc locum bene exposuit Schütz, idemque librorum *διεκπερῶμεν* ex *οἵ τ' ἐκπερῶμεν* ortum esse conjecit; rectius *οἱ δ'* Hartung. Scholion *τόπος Βοιωτίας ἡ Κρήνη* secutus Heimsoeth *Kr. St.* p. 41 suspicatur *ἀμφὶ Κρηναῖον νάπος*.

κἀντεῦθεν ἡμᾶς γῆς Ἀχαιΐδος πέδον
καὶ Θεσσαλῶν πόλεις ὑπεσπανισμένους
βορᾶς ἐδέξαντ᾽· ἔνθα δὴ πλεῖστοι θάνον
δίψῃ τε λιμῷ τ᾽· ἀμφότερα γὰρ ἦν τάδε.
Μαγνητικὴν δὲ γαῖαν ἔς τε Μακεδόνων
χώραν ἀφικόμεσθ᾽, ἐπ᾽ Ἀξίου πόρον,
Βόλβης θ᾽ ἕλειον δόνακα, Πάγγαιόν τ᾽ ὄρος,
Ἠδωνίδ᾽ αἶαν· νυκτὶ δ᾽ ἐν ταύτῃ θεὸς
χειμῶν᾽ ἄωρον ὦρσε, πήγνυσιν δὲ πᾶν
ῥέεθρον ἁγνοῦ Στρυμόνος. θεοὺς δέ τις
τὸ πρὶν νομίζων οὐδαμοῦ, τότ᾽ εὔχετο
λιταῖσι, γαῖαν οὐρανόν τε προσκυνῶν.
ἐπεὶ δὲ πολλὰ θεοκλυτῶν ἐπαύσατο,
κρυσταλλοπῆγα διαπερᾷ πόρον στρατός.
χὤστις μὲν ἡμῶν, πρὶν σκεδασθῆναι θεοῦ
ἀκτῖνας, ὡρμήθη, σεσωσμένος κυρεῖ.
φλέγων γὰρ αὐγαῖς λαμπρὸς ἡλίου κύκλος
μέσον πόρον διῆκε, θερμαίνων φλογί·
πῖπτον δ᾽ ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν· εὐτύχει δέ τοι
ὅστις τάχιστα πνεῦμ᾽ ἀπέρρηξεν βίου.
ὅσοι δὲ λοιποὶ κἄτυχον σωτηρίας,
Θρῄκην περάσαντες μόγις πολλῷ πόνῳ,

---

481 Pro vulgato πόλισμ᾽ recepi Medicei πόλισ, i. e. πόλεις, quod plurali ἐδέξαντο nonnihil firmatur.

484 ἠδὲ Μακεδόνων Rob. Pors. alii.

493 Libri στρατὸς περᾷ κρυσταλλοπῆγα διὰ πόρον. Porsoni transpositionem κρ. διὰ πόρον στρατὸς περᾷ perfecit Heimsoeth l. l. p. 262.

498 εὐτυχεῖ M. ηὐτύχει Paley Dind. εὐτυχής vulgo.

ἥκουσιν ἐκφυγόντες, οὐ πολλοί τινες,
ἐφ' ἑστιοῦχον γαῖαν· ὡς στένειν πόλιν
Περσῶν, ποθοῦσαν φιλτάτην ἥβην χθονός.
ταῦτ' ἔστ' ἀληθῆ· πολλὰ δ' ἐκλείπω λέγων
κακῶν ἃ Πέρσαις ἐγκατέσκηψεν θεός.

ΧΟΡΟΣ.

ὦ δυσπόνητε δαῖμον, ὡς ἄγαν βαρὺς
ποδοῖν ἐνήλλου παντὶ Περσικῷ γένει.

ΑΤΟΣΣΑ.

οἲ 'γὼ τάλαινα διαπεπραγμένου στρατοῦ·
ὦ νυκτὸς ὄψις ἐμφανὴς ἐνυπνίων,
ὡς κάρτα μοι σαφῶς ἐδήλωσας κακά.
ὑμεῖς δὲ φαύλως αὔτ' ἄγαν ἐκρίνατε.
ὅμως δ', ἐπειδὴ τῇδ' ἐκύρωσεν φάτις
ὑμῶν, θεοῖς μὲν πρῶτον εὔξασθαι θέλω·
ἔπειτα γῇ τε καὶ φθιτοῖς δωρήματα
ἥξω λαβοῦσα πέλανον ἐξ οἴκων ἐμῶν,
ἐπίσταμαι μὲν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις,
ἀλλ' ἐς τὸ λοιπὸν εἴ τι δὴ λῷον πέλοι.

---

505 Conjicio *ταῦτ' ἐστιν ἔτυμα*. Bene enim monuit Hermann hic minus de veritate rei quam de eo quid esset actum sermonem esse. Mox *ἐγκατέσκηψε* M.

508 *ἐνήλου* M.

516 *ἄξω* Guelf. 'Non *πέλανον* in appositione est, sed *δωρήματα*' Herm.

517. 18 *οἶδα μὲν ὅτι τὸ κακὸν ἤδη ἐγένετο· ἀλλὰ κἂν ἐπὶ τοῖς ζῶσιν ἀνδράσιν εὔξομαι* sch. M. *εἴ πως τὸ μέλλον καλῶς*

ὑμᾶς δὲ χρὴ ’πὶ τοῖσδε τοῖς πεπραγμένοις
πιστοῖσι πιστὰ ξυμφέρειν βουλεύματα·
καὶ παῖδ’, ἐάν περ δεῦρ’ ἐμοῦ πρόσθεν μόλῃ,
παρηγορεῖτε, καὶ προπέμπετ’ ἐς δόμους,
μὴ καί τι πρὸς κακοῖσι προσθῆται κακόν.

ΧΟΡΟΣ.

Ὦ Ζεῦ βασιλεῦ, νῦν * Περσῶν
τῶν μεγαλαύχων καὶ πολυάνδρων
στρατιὰν ὀλέσας
ἄστυ τὸ Σούσων ἠδ’ Ἀγβατάνων
πένθει δνοφερῷ κατέκρυψας·
πολλαὶ δ’ ἁμαλαῖς χερσὶ καλύπτρας
κατερεικόμεναι * *
διαμυδαλέοις δάκρυσι κόλπους
τέγγουσ’, ἄλγους μετέχουσαι.

ἀποβήσεται addit sch. A. Hos vides non legisse ζῷον πέλοι, ut vulgo creditur, sed τὸ λοιπὸν accepisse pro τοὺς λοιπούς. Auctor scholii ἀλλὰ διὰ τοὺς ζῶντας χρὴ θυσίας ποιεῖν, εἴ που τινὲς εἶεν ζῶντες legit εἴ τι δὴ λοιπὸν πέλοι.

519. 20 ἡμᾶσ M. Deinde verba πιστοῖσι (πιστοῖσ M. πιστοῖς γε vulgo) πιστά mutuam fidem declarant. Malim πιστοῖσι πιστούς. V. l. πιστοὺς (τὰ) πιστά memorat schol. A.

523 μὴ κέτι et πρόσθητε M.

524 Post νῦν suppleri potest μὲν, γὰρ, δὴ, ὅτε vel tale quid. Dindorf, Philol. XIII, 467, τίπτε σὺ Περσῶν. Olim Turnebo auctore scribebatur Ἀλλ’ ὦ.

528 Cf. Hom. Il. XI, 249 κρατερόν ῥά ἑ πένθος ὀφθαλμοὺς ἐκάλυψε. XVII, 591 ἄχεος νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα. Supra 112 μελαγχίτων φρήν.

529—32 de matribus Persarum, sequentia de uxoribus dicta

αἱ δ' ἁβρογόοι Περσίδες ἀνδρῶν
ποθέουσαι ἰδεῖν ἀρτιζυγίαν,
λέκτρων εὐνὰς ἁβροχίτωνας,
χλιδανῆς ἥβης τέρψιν, ἀφεῖσαι,
πενθοῦσι γόοις ἀκορέστοις.
κἀγὼ δὲ μόρον τῶν οἰχομένων
αἴρω δοκίμως πολυπενθῆ.

στρ. α'. Νῦν δὴ πρόπασα μὲν στένει
γαῖ' Ἀσὶς ἐκκενουμένα·
Ξέρξης μὲν ἄγαγεν, ποποῖ,
Ξέρξης δ' ἀπώλεσεν, τοτοῖ,

---

esse patet. πολιαὶ pro πολλαὶ Bothe; ante κατερεικόμεναι supplet μαῖαι γονάδες Hermann, post illam vocem μητέρες οἰκτραὶ Dind. (Illum movit codicis Vit. μαγνά, superscripto δ, quo significari μυγδαλέοις monuit Enger.) Supra ἁπαλαῖσ M. ἁπαλαῖς aut ἀταλαῖς ceteri. ἀμαλαῖς, *imbecillibus*, ex Hermanni conjectura Dindorf. Deinde malim τέγγουσιν, ἄχους.

535 Vulgo λέκτρων τ'. Conjunctionem bene omittit M.

537 Librorum ἀκορεστοτάτους corr. Hermann.

Post 538 excidisse φρενὸς ἐκ φιλίας θρηνῶν παιᾶν' probabiliter statuit Dindorf, ne haec breviuscula essent, neve αἴρω μόρον 'extollo mortem' minus apte diceretur. Sed quod viro summo tragici videntur a periodis binorum dimetrorum anapaesticorum abstinuisse, hoc argumentum vereor ne satis multis exemplis refellatur. δοκίμως, nisi fallor, εἰκότως exponendum est potius quam λαμπρῶς.

540. 41 Libri fere νῦν γὰρ δὴ et γαῖ' ἀσίας (ἀσιὰς) ἐκκενουμένα. Interpretum γὰρ hic et infra delevit Porson. Ἀσὶς Blomf. ἐκκεκενωμένα Hermann versus antithetici causa. Potest etiam ἠρημωμένα et v. 551 νυκτωπίδες conjici.

542 Libri μὲν γὰρ ἤγαγεν, iterum male inserto γάρ.

Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε δυσφρόνως
βαρίδεσσιποντίαις.
τίπτε Δαρεῖος μὲν οὕ-
τω τότ' ἀβλαβὴς ἐπῆν
τόξαρχος πολιήταις,
Σουσίδαις φίλος ἄκτωρ;

Πεζούς τε καὶ θαλασσίους ἀντ. α'.
ὀρσόπτεροι κυανώπιδες
νᾶες μὲν ἄγαγον, ποποῖ,
νᾶες δ' ἀπώλεσαν, τοτοῖ,
νᾶες πανωλέθροισιν ἐμβολαῖς
ἐξ Ἰαόνων χερός.

544—53 in M. adscripsit manus secunda. Tertium Ξέρξης delent Dindorf et Heimsoeth, quod mihi cum vi ita repetitum fuisse videtur ut prior longa produceretur. Idem etiam de duobus versibus proxime superioribus nunc statuere Westphalum (*Metrik*, II, 2, p. 538) video. Vox δυσφρόνως suspecta; δυσφόρως Dind. βαρίδεσ τε ποντίαι M., servatis accentibus lectionis genuinae quam exhibent Guelf. aliique libri.

546 τί ποτε M. τίπτε Par. B. Cf. Agam. 930. Δαριὰν Dind.

548. 49 πολήταισ σουσιδεσ M. (ο superscript.)

550. 51 Post πεζούς τε tertio inserunt γὰρ M. librique fere omnes. Deinde libri αἱ δ' vel αἵδ' ὁμόπτεροι. Illa delenda esse vidit Brunck, pro hoc dedi ὀρσόπτεροι, ad versum strophicum respiciens. Cf. ὀρσολοπεῖται v. 10, ὀρσοτρίαινα apud Pindarum, ὀρσιπετής apud Hesychium.

555 Libri διὰ δ' ἰαόνων χέρας, quae recte Heath cum antecedentibus conjunxit, emendavit Hartung.

τυτθὰ δ' ἐκφυγεῖν ἄνακτ'
αὐτὸν εἰσακούομεν
Θρῄκης ἂμ πεδιήρεις
δυσχίμους τε κελεύθους.

στρ. β'. *Τοὶ δ' ἄρα πρωτόμοροι, φεῦ,*
λειφθέντες πρὸς ἀνάγκας [ἠὲ]
ἀκτὰς ἀμφὶ Κυχρείας [ὀᾶ]
ἔρρουσι. στένε καὶ δακνά-
ζου, βαρὺ δ' ἀμβόασον
οὐράνι' ἄχη,
ὀᾶ, τεῖνε δὲ δυσβάϋκτον βοᾶ-
τιν τάλαιναν αὐδάν.

ἀντ. β'. *Γναπτόμενοι δ' ἁλὶ δεινᾷ [φεῦ]*
σκύλλονται πρὸς ἀναύδων [ἠὲ]
παίδων τᾶς ἀμιάντου [ὀᾶ].

556—59 *τυτθὰ* schol. interpretatur *παρ' ὀλίγον*. Libri *αὐτὸν ὡς ἀκούομεν*, quae v. 182 sq. aliisque, in quibus infinitivus post *ὡς* . . . infertur, exemplis defendi nequeunt. Egregie Dindorf *αὐτόπουν ἄνακτ'*. Sed tamen tutius visum est Pauwii *εἰσακούομεν*. Mox librorum *δυσχειμέρους* corr. Arnaldus.

560. 61 Libri *λειφθέντες* (sic M.) aut *ληφθέντες πρὸς ἀνάγκαν*. Bene Blomfield *πρωτομόροιο . . . ἀνάγκας*. Sed tamen satis habui hoc ultimum recipere, ut servato *φεῦ* quodammodo intelligeretur interjectionum interpolatio, quas hic et in antistropha damnarunt Hartung et Dindorf.

562. 63 *Κυχρείας*, Salaminias. De Cychreo Neptuni et Salaminis filio v. Meinekii Analecta Alexandrina p. 52 sq. *ἔρρουσι* ex versu 572 huc retraxit Dindorf. *ἔρρανται* scripserat Hermann.

568—70 *δεινὰ* et *σκύλονται* M. *ἀμιάντου* antecedente *ἁλὶ*

πενθεῖ δ' ἄνδρα δόμος στερη-
